versus conjugem illum hæreticum lata sit, in pœnam delicti privatur consortio conjugali (ut disp.10. n.9. diximus.) Fornicatio autem carnalis directe opponitur fidei conjugali, & certitudini prolis. Quæ in aliis criminibus minime reperiuntur. Ex quo fit, quamtumvis conjux aliis gravissimis peccatis, & sceleribus deditus sit, & incorrigibilis dummodo conjugem alterum non inducat ad peccandum, minime licere divortium,

4 Negandum tamen non est, si uxor iis peccatis implicita sit, licere viro, causa ipsam corrigendi, ad tempus recedere a consortio conjugali, quo ipsa eo solatio destituta, resipiscat. Quia est caput, ipsiusque est uxorem corrigere. Ita *D.Th.* 4. *d.39. q.un. ar.6. in fin. corp. Alber. in suo diction. lit. M. v. Matrim.* 8. *vers. Quid si aliquis conjugem, in fin. Rainerius 2.p. sum. c. de matr. c.* 20. *Jo. de Friburg. sum. confess. l.* 4. *l.*22. *q.*18. *D.Ant.* 3.*p. t.*1. *c.*21. §.4. *Sylv. matrim.* 9. *q.ult. Sotas* 4. *d.*39. *q.un. art.*4. *ad* 4. *Gaeta repet. c.Ad limin.*30. *q.*1. §.4. *n.*235. *Petr. de Led. de matr. qu.*59. *art.*6. *ad fin. Lud. Lop. 2.p. instr. de matr. c.*53. *ad fin.* §. *Quæritur deinde, Emm. Sa sum. v.Divortium, n.*9. Id tamen esse licitum uxori, ad vim sceleribus impliciti correctionem, negat *Petr. de Led. ibid.* Quippe mulier est subdita viro, ac proinde ipsius non sit illum corrigere. At melius *Sot. & Lud. Lop. iisdem locis*, id licere uxori admittunt: si commode possit ac probabiliter speretur fore, ut vir resipiscat. Quamvis enim ipsi non adeo incumbat virum corrigere, ac e contra; at potest utique prædictis circumstantiis concurrentibus. Quod si quæras de obligatione id remedium adhibendi, constat ex dictis disp.12. ubi late disputavi de obligatione dimittendi adulteram uxorem, ad vitandum scandalum suspicionis consensus. Idem enim in aliis criminibus publicis judicandum est, si idem scandalum orietur. Et an ratione præcepti correptionis fraternæ hæc obligatio consurgat ibi disputavi.

5 II. concl. Integrum est conjugi divertere, quando ab altero conjuge ad peccandum inducitur, timetque sibi animæ ruinam, Cohitat, quia jure naturali & divino, cuique permissum est periculum corporis, nedum animæ cavere. Et confir. quia licitum est a leproso consortio recedere, quando periculum infectionis conjugi sano imminet (ut probavimus l.præc. disp.14. n.29.) Ergo a fortiori, ubi adest periculum infectionis animæ. Nec obstat huic sent. c.2. *de divort.* ubi solum concedi videtur sic divertere, quando vir nititur vera religione deserta, ad suam hæresim allicere: negaturque ob alia crimina id licere. Dicendum enim est eum textum, ea quæ regulariter contingunt attendisse (hoc namque leges attendere debent, *l.Nam ad ea, ff. de legib.*) Quare cum conjugi hæresim, aut aliam sectam amplecteni, infectionis periculum regulariter imminear, quale raro contingit, conjuge aliis criminibus infecto. Natura enim inditum est, ut quisque ad suam sectam alios pertrahere tentet, cum existimet id ad animæ salutem necessarium esse: nedum conjugem cui tanta familiaritate, & amore conjunctus est. At a ceteris sceleribus, quibus conjux inquinatus est, conjugem ceterosque domesticos potius avertere contendit: Id enim ad regimen domesticum & propriam incolumitatem valde conducere, non immerito putat. Inde est, ut id *c.2. de divort.* concedat divertere ob hæresim, non tamen ob alia crimina. Quamobrem si periculum infectionis ex aliis conjugis sceleribus emergeret, eadem divertendi facultas concedenda est. Quare eam differentiam colligo ex hoc textu, inter hæresim, & alia crimina: ut in illa non expectandum sit, ut hæreticus conjux Catholicam pervertere nitatur, sed to existenti in sua pertinacia, licet Catholicæ recedere: quia id periculum in promptu est (ut dixi disp.15. n.3.) An in his expectandum sit, ut conjux vitiis deditus, eam inducere moliatur: id enim periculum raro evenit. Quare hanc sent. sustinent ex Jurisperitis, *gl. c.Uxor, v.Uxor, & c. Idololatria, v.Sacrificare* 28. *q.*2. *Innoc. c.* 1. *nu.*1. *de adult. & c.*2. *nun. de divort.* ubi *Abb. n.*3. *Alex. de Nevo, nu.*6. *& c.De illa, n.*7. *eod. tit.* ubi *Card. fin. Monal. Summ.* ubi de matrim. *t. de divort.* §. *An possit vir reconciliare sibi uxorem adulteram invitum, paulo post prin. Assen. sum. 2.p. l.*8. *t.*21 *ar.*2. *q fin. Rosell. v.Impedim. imped.*9. *nu.*8. *Angel. matr.*4. *init. Sylv. matr.*8. *qu.*10. *diff.*6. *& matr.*9. *qu.ult. & v.Divort. q.*1. *vers.*3. *& qu.*6. *Tab. matr.*4. *qu. n.*3. *Armill. v.Divortium, n.*3. *Nav. sum. latin. c.*22. *n.*22. *vers.*2. *Hisp. c.*28. *addit. ad n.*21. *c.*22. *vers.*10. *secundo, Barbat. consl.*64. *n.*7. *vol.*1. *Gaeta repet. c.Ad limina*, 30. *q.*1. §.4. *n.*235. *Barb. rubric. ff. solut. matr. 2.p. n.*30. Et ex Theologis, *D.Th.* 4. *d.* 39. *q.un. ar.*6. *ad* 3. *D. Bonav. ea d.*39. *in princ. in expos. lit. n.*4. ita intelligens *Magistrum ibi* dicentem ob alia crimina dari divortium, *Rich. ibi fin. in exposit. lit. in fin. Palud. ibi q.un. art.*3. *n.*16. *D.Ant.* 3 *p. t.*1. *c.*21. §.4. *Sot.* 3.*d.* 39. *q.un.ar.*4. *ad* 4. *Petr. de Soto l.*8. *t.*12. *de matrim. ad fin. Led.* 2.*p.* 4. *q.*61. *art.*6. §. *Contra hoc tamen, Veracr.* 3.*part. specul. art.*1. *annot. circa* 4. *concl. Bellar. t.*1. *de matr. c.*14. §. *Secundo sint consensu, Maldon. cap.*9. *matr.* 32. *Angl. Flor.* 1.*p de matr. qu.*12. *de cultus disparitate, art.*2. *post* 7.*dub. diff.*3. *Enrieq. l.*11. *de matr. c.*17. *n.*7. *Lud. Lop. 2.p. instr. de matr. c.*53. §.*pen. Emm. Sa sum. v. Divort. n.*1. *Philiar. de offic. sacerd. t.*1. *p.*2. *l.*2. *c.*17. *init. Hier. Llamas in meth. curat. animar. 3.p c.*12. §.*fin.* Quod etiam non obscure significavit Christus salvator noster *Matth.*13. cum dixit: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum.* Ubi *D.Hier.* ait velle ibi Christum, ut si nobis conjuncti, charique instar oculorum, ut parentes, filii, uxor, causa sint ruinæ, ab eis recedamus. Atque idem dicendum est, quamvis conjux non trahat quasi vim inferens, sed roget, & attenta propria fragilitate timeat alter sibi lapsum. Eadem enim ratio cavendi propri damni spiritualis militat. Quod bene docuit *Sylv. v. Divort. q.*6. Et procedit hoc, sive vir inducat uxorem ad peccandum, sive e contra uxor virum. Integrum enim erit viro lapsus periculum inde timenti discedere. Quippe eadem ratio locum habet. Unde *c.2. de divort.* licitam esse hanc fugam decidit, etiam quando uxor virum allicit ad propriam hæresim. Et idem habetur ex *D.Aug. c.Idolol.* 28. *q.*1. quando uxor inducit virum ad idololatriam. Et in propriis terminis docet *gl.* reprobans Hugonem contrarium docentem, *c.Uxor, v.Uxor*, 28. *q.*1. *D.Th.* 4. *d.*39. *q.un. ar.*6. *ad* 3. *Nav. sum. c.*22. *n.*22. *vers.*2.

Hinc deducitur, justam præbere causam divertendi uxori ipsi, 6
si sit vir ejus leno, quoniam incitat ad peccandum. Ita *Bursf. consl.*218. *n.*6. *vol.*2. *Palac.*4. *d.*35. *qu.un. col.*2. *v.Secunda limit.*

Secundo deducitur, justam esse causam si vir domi admittat viros procaces, & parum pudicos, sitque ita incautus, ut aliquo eorum domi relicto, foras tendat, uxorque solicitetur ab illo, verbis, vel nutibus, aut astrictus, & rogatus vir ab uxore ne eos admittat, negligat. Quia est idem animæ periculum. Ita *Nav. sum. latin. c.*22. *n.*22. *vers.*3. *hisp. c.*28. *addit. ad n.* 21. *c.*22. *v.Lo tercero; Enrig. l.*11. *de matr. c.*17. *n.*7.

Tertio deducitur, idem asserendum esse, quando conjux 7
habitare renuit, nisi sub conditione peccati patrandi. Ut si conjux nolit cohabitare, nisi alter latrocinium exercens, divitias congreget. Sic *D.Th.*4. *d.*39. *q.un. art.*6. *ad* 5. *& ibi Palud. q.un. art.*3. *n.*15.

Quarto deducitur, licitum esse similiter uxori recedere a viro 8
qui rebus ex usura, aut furto acquisitis illi alimenta subministrat. Quia sui sceleris participem, ipsam efficit. Ita *Monald. n.*5. *alleg.* Sed immerito id dicit, nec audiendus est. Quia quando uxor aliunde alimenta non habet, quamvis maritus efficiatur impotens ad restituenda injuste parta, excusatur parce juxta decentiam sui status illis bonis uteus, ut tradunt *Palud.*4. *d.*15. *q.*2 *ar.*5. *ad fin. & ibi Gabr. ar.*3. *dub.*16. *D.Ant.* 2.*p. t.*1. *c.*12 §.18. *Sylvest. Usura*, 8. *q.*2. *dist.*1. *Armil. v.Usura, n.*39. *Tabien. Usura* 6. *q.*4. *Salon.* 2.2. *q.*78. *ar.*3. *controv.*8. §. *Docent quinto, Valent.* 2. *disp.*5. *q.*21. *pun.*3. §. *Hic tamen, & seq.* Adde excusari etiam quando habet animum restituendi, cum sui juris effecta fuerit. Ut docent *Cajet. sum. v. Restitutio c. ult.* ubi *Armil. n*45. *Lud. Lop. 1.p. instr. c.* 230. §. *ult. vers. Ultimo dico.* Imo *Nav. summ. c.*17. *n.*268. excusat omnino uxorem, modo non sumptuosus vivat, quam ejus statum decet. Quia quasi necessitate coacta iis bonis utitur, & potior obligatio est mariti ad eam alendam, quam ad restituendum.

Nec est necessaria judicis sententia ad hoc divortium. Tum 9
quia non est perpetuum, sed ad tempus (ut dicemus nu.14.) Tum etiam ratione periculi lapsus in peccatum. Sicut disp. 15. n.6. idem diximus de Catholico divertente ab hæretico ratione periculi infectionis. Quod etiam significat *D.Aug.* relatus *c.Idololatria* 28. *q.*1. cujus verba nu.1. retuli, dum ait omnino divertendum a conjuge scelesto. Dictio enim, Omnino, est latæ sententiæ, & præcisam necessitatem absque ulla dispensatione importat (ut dixi l.1. disp.32. nu.6.) Ita *Barbatius consl.*64. *n.*6. *vol.*1.

Ex quo fit teneri conjugem ratione hujus periculi, quando 10
credit fore, ut non possit aliter incolumis evadere, a conjuge recedere: nec posse per copulam, vel aliter jus hoc dicendi remittere. Sicut disp.15. n.5. dixi de obligatione Catholici divertendi ab hæretico. Et constat ex dictis n.præc. Item quia jus naturale divinum obligat ad cavendum proprium animæ periculum. Quod clare significavit Christus Dominus noster in testimonio *Matth.*18. quod retuli n.5. ad fin. juncta exposit. *D.Hier.* ibi allegata.

Utrum autem divertere liceat, quando ex vitiis alterius 11
conjugis, ut ex latrociniis, & aliis, timetur damnum solum corporis redundans in conjugem innocentem? disputatione sequenti est habendus sermo.

Sic circa præcedentem conclusionem superest disputandum. 12
Num divortium concessum conjugi, eo quod alliciatur ab altero conjuge ad peccandum, sit perpetuum: an potius ad tempus, dum inductio illa durat, *Innoc. c. De illa n.un. v. De aliis, de divort.* refert quosdam asserere ob inductionem hanc non dari perpetuum divortium, sed ad tempus, donec conjux inducens resipiscat: & esse speciale in hæresi, ut ob periculum inductionis ad illam detur divortium perpetuum. At ipse sentit idem esse in hoc casu. Et sent. hanc Innocentii refert nil decidens *Jo.Andr. ibi n.*2. & remittit se ad *c.Apostolicam, de conver. conjug.* ubi etiam nil decidit. Eamdem referunt nil decidentes, quamvis eam videantur sequi, *Ant. c.Ex litteris, in fin. de divort.* & ibi *Aneh. in fin.* Et *Veracr. 3.p. Speculi, ar.*1. *concl* 4. juncto *notab. circa illam*, *in fin.* ait probabile esse stando in jure naturæ divino concedi divortium perpetuum ob inductionem ad alia crimina: id tamen denegari ob juris Ecclesiastici prohibitionem, *c. de divort.*

Verissima tamen sententia est, non concedi divortium perpe- 13
tuum, sed ad tempus, quo inductio illa ad peccandum durat: ac proinde resipiscente conjuge ad peccatum inducente, & seorsio converso, teneri adulterum conjugem ad eum admittendum. Constat ex dictis disp.15. n.2. ubi probavimus non concedi divortium perpetuum jure divino, nisi ob solam fornicationem carnalem, utpote quæ sola directe adversatur fidei conjugali. Unde minus bene *Veracr. ubi præced. alleg.* dixit esse probabile, jure divino ob inductionem ad peccatum concedi. Si enim

enim jure divino concederetur, non posset ea facultas restringi ab Ecclesia (ut hoc l. disp.5. n.23. probavimus.) Præterea ex jure Ecclesiastico non constat, ubi hoc divortium perpetuum concedatur. Id enim est speciale in hæresi post sententiam latam, in pœnam illius criminis (ut diximus disp.15. n.9.) Et lis illa est sub judice: & ideo quatuor retuli opiniones ea disp.15. nu.16. & seq. Atque ideo hanc partem tuentur *Card. c.De illa, in fin. de divor. Sylv. Matr.*9. *q.ult. Richar. Asten. Petr. de Soto, Led. n.*5. *alleg. Sotus* 4. *d.*39. *q.un. art.*4. *ad fin. totius art. Bellarm. l.*1. *de matr. c.*14. §. *Secunda causa est, Maldon. Matth.*5. *n.*32. *Lud. Lop. 2.p. instr. de matr. cap.*53. *in fin. Palac.* 4. *d.*27. *disp.*3. *col.*12. *fol.*598. *Pet. de Led. de matr. q.*62. *art.*5. *in solut. ad* 1.

14 Ad argum. n.1. proposita resp. Ad 1. desumptum ex *c.Idololatria* 28.*q.*1. dic intelligi *D.Aug.* quando conjux illis criminibus implicitus nititur alterum ad ea peccata pertrahere, ut diximus n.5. Atque ipsa *ipsemet D.Aug. l.*1. *retr. c.*19. non vult nos eam sent. relatam *d. c.Idololatria*, absolute sequi. Ad 2. desumptum ex eo *c.Omnes causationes*, dic mentem D. Hieronymi in eo loco non fuisse explicare, ob quæ crimina jure permittatur divortium: sed solum facto divortio ob quamvis causam, neutri conjugi integrum esse ad alias nuptias transire. Quare inde non potest argumentum desumi ad probandum ob alia crimina licere divortium propterea. Vel secundo dic cum *Barbatio consl.*64. *n.*9. *vol.* 1. ob Sodomiam, & adulterium concedi proprie divortium, quod recessum perpetuum importat: ob alia vero ad tempus, quod improprie appellatur divortium. Nec est inconveniens, ut unum & idem verbum ad diversa relatum determinet ea juxta eorum qualitatem, quædam proprie, quædam vero improprie. Ut constat ex *c.Olim ex litteris, & c.Ab excommunicato, de rescript.* quæ reputat singularia ad hoc reprobandum, *Card. eo c. Ab excommunicato, n.*4. *not.*5. *& eo c. Olim, n.*5. *not.*10. Nec etiam obstat clausulam in fine positam referri ad omnia præcedentia. Id enim intelligitur, quando eadem in illis ratio, & salva recta ratione ad omnia illa referri potest (ut probavi l.6. disp.22. n.19.) Alias refertur ad id, quod potest de jure determinari. Ad argum. n.2. propositum, constat ex dictis n.5. ubi explicuimus id *cap.*3. *de divort.*

DISPUTATIO XVIII.

Utrum ob conjugis sævitiam, vel amentiam, liceat alteri divertere, & qualis cautio desideretur ut teneatur redire, & quando ob hanc causam liceat alteri transitus ad ordines, vel religionem?

SUMMARIUM.

*Quot quæstiones disputandæ sint, n.*1.
*Propter sævitiam licet divertere, donec cautio sufficiens præstetur, num.*2. *& ibi, ut impediatur restitutio, est incontinenti probanda sævitia.*
An id propria authoritate effici possit, 3.
An tunc sola cohabitatio, an etiam debitum negari possit, 4.
Quid, si alter conjux causam sævitiæ præbuerit. Et explicatur l.si mulier in princ. ff. de eo quod metus causa, 5.
Si vir uxoris vitæ insidietur, potest hæc recedere, 6.
Quid e contra, si uxor tentet virum necare. Refertur opinio negans, 7.
Sententia Authoris explicatur. & c.Quidquid 32. *qu.*4. *n*8.
An liceat viro recedere ab uxore, cui ita infestus est, ut timeat ne ipsam occidat, eo quod urgentissimam odii causam dederit: teneaturque non mutare domicilium ipsa ob justum timorem renuente, 9.
Qualis sævitia ad divortium exigatur, & an talis, quæ incutiat metum viri constantis, 10.
An sufficiant mœstia cohabitatio, rixæ, & discordiæ, 11.
Quid de uxore, cujus vir tres pueros in utero necavit, 12.
An satis sint minæ, 13.
An sufficiant verbera. Refertur duplex sent. n. 14. *&* 15.
Refertur sententia Authoris, & an viro liceat uxorem verberare, 16.
An sit hujusmodi sævitia, si maritus vi debitum extorqueat, num. 17.
*An liceat conjugi recessus a conjuge in amentiam lapso, n.*18.
& ibi, de obrietate.
*Num sufficiat sævitia futura probabiliter præsumpta inter conjuges eo quod de majori bonorum parte litem agant, n.*19.
*An ea sævitia præsumatur, viro retinente concubinam, ita ut uxor non teneatur cohabitare, donec cautio præstetur, n.*20.
Quid, si absque sententia damnum imminet uxori ex viri latrociniis, aliisve delictis, 21.
*Quid, si uxor sit venefica, liberorum interfectrix, deprædaturve mariti facultates, quæ causæ divortii expressæ sunt, l.Consensu, C. de repud. n.*22.
An sufficiat sævitia parentum viri erga uxorem, 23.
Desideratur ad hoc divortium, legitima & verisimilis causa timoris, 24.
Judex interrogaturus est de causis timoris: ejusque arbitrio committitur, an justæ sint, 25.
An debeat judex absque causæ cognitione cogere conjugem, de qua est suspicio, ad præstandam cautionem, sive procedat ex officio, sive ad partis instantiam, 26.
An fiatur solo juramento allegantis suspicionem timoris, ratione sævitiæ, 27.
Probandæ sunt causæ suspicionis testibus integris, 28.
Quid, si de causa suspicionis constet, quod uxor ratione proprii adulterii recesserit, 29.
Quid in praxi servandum sit a judice, dum petitur divortium ob sævitiam: & an sola informatio summaria sufficiat ad separandum conjuges, dum lis durat, 30.
Quando sævitia est tanta, ut cautione subveniri nequeat, est perpetuum divortium celebrandum, 31.
Arbitrio judicis committitur, quando sævitia sit tanta, 32.
Dum lis circa adulterium conjugis aut majorem bonorum partem pendet, aut inimicitiæ sunt valde capitales, raro est tutum fidere cautioni, 33.
*Post n.*33. *invenies alia summaria*,

UT tandem ultimam manum imponamus huic tractatui, 1
superest de divortio ratione sævitiæ disputare. Qua in re tres quæstiones agitandæ sunt. Prima, quando sævitia justam divortii causam præbeat, & qualiter probanda sit. Secunda, de cautione præstanda, quo instauretur matrimon. Tertia, de transitu ad religionem, vel ordines, conjugis ob sævitiam recedentis.

Quæstio I. An conjugis sævitia justam alteri divertendi cau- 2
sam præbeat, donec cautio sufficiens sibi præstetur: & qualis probatio sævitiæ desideretur? Prima conclusio sit. Integrum est conjugi divertere ob alterius sævitiam tantum, ut absque gravis damni periculo non possit cum illo habitare: donec conjux sæviens sufficientem securitatis cautionem præstet. Et quamvis alias restitutio ante omnia facienda sit: excipitur tamen casus, in quo conjux divertens opponit alterius sævitiam. Conclusio ab omnibus admittitur, & est expresse decisa *c.Litteras in fin. de rest. spol.* ibi: *Si vero tanta sit sævitia, ut muliери trepidanti non possit sufficiens securitas provideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoveri: alioquin sufficienti (si fieri potest) securitate provisa, profecto videtur conjux ante causæ cognitionem, restituenda marito. Et capit. Ex transmissa, eod. cap.* ibi: *Ipsam ei restitui faciebat, recepta tamen sufficienti cautione, quod illi non doleat aliquod malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierem vir prosequatur, quod merito, de ipso diffidat, aliqui probæ, & honestæ mulieri, usque ad causæ decisionem, custodienda studiosius committatur. Et cap.*1. *Ut lite non contest.* ibi: *Verum quia dicebat mulier se virum habere suspectum.* Juncta *gl. v. Suspectum*, ubi ait, hunc esse unum ex casibus, in quo spoliato viro uxor minime restituitur. Et ratio, quod æqui ex restitutione damnum irreparabile uxori posset. In quo eventu restitutionem denegari, probavimus hoc l. disp.12. n.22. Est tamen opus incontinenti probare sævitiam, quo restitutio hæc impediatur. Sicut *c. Litteras, de restit. spol.* dicitur consanguinitatem allegatam ad conjugis spoliati restitutionem impediendam, probari debere incontinenti. Quod procedit ratione periculi peccati (ut diximus eo n.22.) Et quando dicatur incontinenti probari, diximus eadem disp.12. n.32. *Guttier. q.can. l.*1. *c.*24. *n.*5.

Unde potest conjux, id periculum ob alterius sævitiam ti- 3
mens, propria authoritate recedere, vel expellere alium, quem timet. Quod docet *Guttier. l.*1. *q.can c.*24. *n.*8. Quod intelligerem, dum esset periculum in mora, vel non esset facilis aditus ad judicem, inde enim scandala orirentur. At si alter cautionem securitatis sufficientem præstate velit, quatenus reddat conjux, non posset propria authoritate divertere, quamtumcumque notoria esset sævitia. Quippe cautione illa satis consulitur periculo. Ita *Barb. rubr. 2.p.nu.*26. *in fin. ff. solut. matrim.*

Quidam conclusionem limitant, ut ratione sævitiæ liceat di- 4
vortium, manente obligatione reddendi debiti conjugi sæviti, si absque reddentis periculo fieri possit. Sic *Ovand.* 4. *dist.* 35. *disp.un. propos.*5. Et potest id probari. Quia ratione sævitiæ ejus exigendi debiti, & cohabitandi non amittitur, sed suspenditur ratione periculi. Ergo ubi id periculum in redditione debiti minime reperitur, ea neganda non erit. Verum contrarium mihi suadeo. Quia ubi conjux ob culpam propriæ sævitiæ privatur consortio maritali, donec resipiscat; sufficientemque incolumitatis cautionem præstat, omnimodum jus ejus suspenditur, ut vel sic diligenter incumbat remedio adhibendo. Quare petenti debitum potest alter respondere: Da cautionem necessariam (prout teneris) ut tuto tecum cohabitem, quod jus tua culpa impedis: alias nolo tibi reddere; cum tua malitia prives me jure cohabitandi absque meo periculo. Fidem enim non servanti, fides servanda non est, *c.Pervenit, el 2. de jurejur.* At conjux sæviens minime servat fidem præstitam in matrimonio, cohabitandi: Unde ut conjux teneatur reddere, non satis est in redditione deesse periculum, sed id etiam abesse debet a cohabitatione, quando ex mariti voluntate id periculum proveniat. Præterea, quia textus n.2. allegati concedunt indifinite separationem: ac indistincte restitutionem negant, donec cautio detur. Et ita clare videntur sentire *Palud.* 4. *d.*39. *q.un.ar.*3. *n.*14 *& Gaeta repet. c.Ad limina* 30. *q.*1. §.4. *n.*235. ubi dicunt conjugem non teneri debitum reddere, nec cohabitare, quando nequit incolumitati suæ consulere, nisi conjugem dimittat.

Nec refert quicquam, causam hujus sævitiæ præstitisse alterum conjugem. Ut si uxor adulterium aliudve facinus admisi- 5
rit, qua propter vir infensus illi est; atque illa non audeat ad illum sibi conciliari volentem redire. Danda enim est cautio incolumitatis a viro, alias non tenetur ipsa cohabitare, conciliationemque admittere. Quod aperte constat *ex c. De Bene dict. 32. q.*1. ubi Pelagius Pontifex jubet adulteram restitui marito,

præstita cautione non offendendi. Præterea, quia licet præcedat culpa, non imputantur quæ ex ea procedunt. Ut ex usultis notat *gl. c. Quia diversitatem, v. Suspensus, de conces. præbendæ*. Et constat ex *l. Nec timorem, ff. de eo quod metus causa*, ubi decidit nil referre, ut metus gravis sit, ex culpa metum passi cum oriri. Deinde, quia *c. Venens, 2. de sponsal.* subvenitur metuenti, qui culpabilem causam dedit. Nec obstat, frustra beneficium legis implorare committentem in legem, *c. Quia frustra, de usuris cap. fin. de immun. Eccles.* Verum enim est, eum non juvari quominus puniatur, bene tamen beneficio legis juvatur, ne offendatur a privato, cui vindicta non est permissa, *cap. Ut nemini liceat le sine judicis authoritate vindicare, per totum tit.* Nec obstat. *l. Si Mulier, in princ. ff. de eo quod metus causa*, ubi quis non potest allegare metum, quem culpa sua patitur. Intelligenda enim est, ubi quis timeat aliquod damnum sibi injuste inferendum: secus quando injuste. Atque ita contra *Angel. l. Qui bona, §. Qui damni, ff. de damno, infecto, & Paulum, & Romanum eadem leg. §. Si quis justa*, docent *Bart. eo §. Si quis juxta nu. 1. & Alex. Abbas cap. 1. Ut lite non contest. n. 7. & cap. Ex transmissa, n. 2. & c. Litteras, nu. 23. de restit. spoliat. Ripa c. 1. n. 14. vers. an petenti, de judiciis, Jason l. Si super possessione, n. 5. C. de transit. Jo. de Imola dict. l. Qui bona. §. Qui damni, Felin. rubr. de tregua & pace, n. 10. declar. 8. Hippol. lib. 1. §. Præterea, nu. 86. ff. de qu. Hugo & Turrecr. dict. c. De Benedicto, n. 3. Anton. Gom. t. 3. variar. c. 6. n. 16. §. Sexto facit, v. Quod notabiliter extende. Aviles c. 6. Prætorum, gl. Pobres n. 13. Jul. Clar. l. 5. recept. §. fin. q. 47. vers. Sed pone quod pars, Menoch. cons. 299. nu. 5. vol. 3. Parisius cons. 54. n. 13. vol. 4. Barb. rubr. ff. soluto matrim. 2. p. nu. 27. Lancel. instit. juris can. l. 2. tit. de divort. §. Præstanda tamen erit, v. Restitutæ, Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 54.* ubi de divortio quoad habitationem, *vers. Si autem loquamur, Grassis 1. p. decis. l. 2. c. 84. n. 10.*

6 Ex his infertur, esse sufficientem causam, ut uxor divertere possit, si vitæ ipsius maritus insidietur, tentans veneno, aut alia via, ipsam perimere. Constat ex *l. Consensu, & authent. Sed novo jure, C. de repudiis*, ubi hæc causa repudii assignatur. Præterea, quia inest capitale odium, ratione cujus denegatur restitutio viro spoliato, *cap. Litteras, in fin. & cap. Ex transm. de restit. spoliat.* Nec de hac re aliquis dubitat.

7 At quando e contra uxor vitæ viri insidias parat, quo ipsum perimat, an liceat viro divertere: non convenit inter DD. Id enim quidam negant. Ducuntur, quia textus *c. Litteras, in fin. c. Ex transmissa de restit. spol. cap. 1. ut lite non contest.* qui divortii ratione fœvitiæ, meminerunt, loquuntur expresse de uxore virum timente. Et quamvis maritus, & uxor sint correlativa, ac proinde quod videatur dispositum in uxore, censeri quoque dispositum in marito, *Lunie. C. de indicta viduit.* At id locum non habet, quando utriusque correlativi non est eadem ratio. Ut probat *Everard. in suis topicis, loco a correlativis nu. 8.* Esse autem diversam in hoc casu, manifeste constat. Quia uxor nequit coercere virum, ipsumque punire, at potest vir ipsam uxorem. Deinde idem probatur ex *c. Quidquid 32. q. 5.* quod est Nicolai Pont. ibi: *Quidquid mulier contra te cogitaverit, vel si te accusaverit, non est (excepta causa fornicationis) refricienda*. Atque ideo ita docent *Tancr.* quem refert, & sequitur *gl. c. 2. v. Vel alio de divort. & c. Quemadmodum, in fin. de jurejur. & ibi Host. ad fin. Ant. ibi §. Illud autem, in fine.*

8 Ceterum absque dubio dicendum est idem de marito, cujus vitæ insidias tendit uxor, poterit enim ratione hujus fœvitiæ divertere quando aliter nequit compescere uxorem, sibique adversus insidias illius consulere: Ratio est aperta, quia jus naturale unicuique concedit facultatem vitandi mortis periculum, nec contractus matrim. obligat ad cohabitationem cum tanto vitæ discrimine: eo vel maxime, quod id discrimen ex culpa uxoris proficiscatur. Quæ ratio æque militat, in utroque conjuge, cum alter vitæ alterius insidiatur, nec aliter coercere potest, nisi divortio facto. Quare cum vir, & uxor sint correlativa, dispositum in textibus n. præced. alleg. in uxore, cujus vitæ maritus insidiatur, censendum est disponi in viro easdem uxoris insidias patienti. Adde, eos textus locutos esse de uxore, eo quod frequentior sit in viri uxorem fœvitia, & raro accidat talis fœvitia uxoris in virum: verba autem posita in lege gratia frequentioris usus, non limitant legem (ut probavi l. 6. disp. 19. n. 10.) Nec obstat *c. Quidquid allegatum, n. præced.* pro contraria sent. Non enim venit intelligendum, quando fœvitia uxoris tanta est, ut absque periculo vitæ non possit vir cum illa habitare. Dicendum est, exceptionem illam fornicationis non excludere casus alios jure exceptos (ut explicans testimonium Christi *Matth. 5. & 19.* excipientis solam fornicationem (dixi disp. 15. n. 2.) Præterea aliæ expositiones ejus testimonii traditæ serviunt intelligentiæ *d. c. Quidquid*, quod idemmet dicit. Et eidem hanc sent. sustinent *Host. c. 1. de divort. n. 2.* ubi *Jo Andr. n. 3. Anton. n. 7. Abbas n. 4. Alex. de Nevo n. 4. Card. in fin. Anch. in fin. Præpositus in fin. Idem Abbas c. Litteras, nu. 7. de rest. spol. & c. Quemadmodum, §. Illud autem, n. in fin. de jurejur. Alex. de Nevo eodem §. n. 14. Palud. 4. d. 35. q. 2. ar. 1. n. 9. & d. 39. q. un. art. 3. n. 14. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 21. art. 2. in fin. Hippol. lun. n. fin. C. de raptu virg. Sylv. v. Divortium, q. 6.* ubi *Armil. n. 8. Gaeta reper. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 235. Guttier. l. 1. q. can. c. 14. n. 8. Enrig. l. 11. de matr. c. 17. n. 7. Barb. rubr. ff. solut. matr. 2. p. n. 23. Dionys. de Francisceis inter cons. matr. toto cons. 58. Lancel. instit. juris can. l. 2. t. de divort. §. Præstanda tamen erit, v. Mulieri.* Atque idem asserunt alii, dicentes indistincte justam esse divertendi causam, si alter conjux alterum veneno, aut alio modo interficere tentet. *Ita Cov. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5. n. 2. Suppl. Gabr. 4. d. 35. q. un. ar. 2. concl. 8. ubi Ovand. q. un. propos. 5. Veracr. 3. p. Speculi, ar. 1. fin. Plaza de deliciis l. 1. c. 20. n. 4. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 54.* ubi de divortio quoad habitationem, *statim in prin. Petr. de Led. de matr. q. 62. art. 1. dub. 4. Hier. de Llamas in Methodo curat. animar. 2. p. c. 8. §. 13. in fin.*

9 Non tamen excusabit maritum a cohabitatione cum uxore, quod de se timeat fore, ut continere neutiquam se possit, quia eam enecet: eo quod corruptam invenerit, cum virginem esse existimasset: vel aliquantulum suspicionis de ejus adulterio conceperit: vel ob acerbissimum ipsius uxoris ingenium, vel demum ob quamcumque aliam causam, quæ ad divortium non sufficiens est: Quippe in ea potestate situm est divina ope implorata, ejusmodi tentationi resistere: ad idque tenetur. Poterit tamen ad aliquantulum temporis divertere, donec iracundiæ impetus fervens remittat. Nec juvabit virum, si uxor eam cohabitationem non exigat. Quia præsumitur non sponte, sed metu adductam, ab exactione abstinere se. Debitor autem non excusatur in foro conscientiæ a mora solvendi, quando probabiliter creditur præ pudore, aut metu, debitum non postulari a creditore. Minus etiam eximet a culpa virum sic divertentem, quod velit alio mutare domicilium gratia dedecoris vitandi ex convictu uxoris sic corruptæ, aut de adulterio suspectæ: & uxor teneatur ipsum sequi (ut probavi l. 1. disp. 41. n. 1.) Quoniam si uxor verisimiliter timeat sibi periculum alio migrans cum viro, non tenetur ipsum comitari: quin potius vir ipse tenetur in loco uxori turo cum ipsa convivere. Quod constat ex dictis ea disp. 31. n. 3. & 14. nec causatio illa dedecoris ex prædicto convictu consurgentis, aliquid confert. Quippe coram Deo id non dedecori, sed decori tribuitur. Sicut dedecus duellum sibi oblatum recusantis, non liberat a culpa illud acceptantem. Ita docent *Nav. l. 4. consil. in utraque edit. tit. de divort. cons. 2. 3. & 4. Manuel 1. t. sum. 2. edit. c. 240. n. 2. Vega 1. t. sum. 2. edit. c. 13. cas. 1.*

10 II. concl. Non desideratur ad hoc divort. faciendum, donec cautio securitatis præstetur, vitæ periculum ex fœvitia conjugis dimissi consurgens, nec satis est quodcumque malum timeri: sed necessarium est, ac sufficit malum quod timetur, esse grave, at tale, quale ad metum viri constantis exigitur. Ducor ut non cujuscumque mali timor sufficiat. Quia sic divertere res est gravissima, ac proinde non id ob cujuscumque mali timorem efficiendum est. Daretur enim ansa passim divertendi, cum rari sint conjuges, inter quos non aliquæ discordiæ oriantur. Rursus, quia timoris rei levis nulla habetur in jure consideratio, *l. Metum, la 1. ff. de eo quod metus causa*. Item, quia non quælibet inimicitiæ repellunt testes, ne eorum testimonio fides habenda sit, sed graves, ut tradit *gl. c. Cum oporteat, v. Inimicos, de accus.* communiter recepta. Non desiderari autem vitæ periculum inde mihi suadeo. Quia pleraque alia mala incutiunt metum cadentem in virum constantem (ut probavi lib. 4. disp. 5. & aliquibus seq.) Et constabit hoc ex corollariis inferendis, ubi referam DD. id divortium admittentes absque vitæ periculo. Et debere esse talem metum, ut merito in virum constantem cadat, tradit *Peguera in suis decis. crimin. c. 20. n. 9.* Et in reliquis inimicitiis desiderari, ad petendam incolumitatis cautionem, metum cadentem in virum constantem, expresse tradunt *Bart. l. Qui bona, §. Si quis quia in fine, ff. de damno infecto, Jas. l. Si super possess. nu. 6. C. de transact.* ubi dicunt discordia inter duos orta, illi soli præstandam esse cautionem, qui justo ad eam petendam timore compellitur, exclusa eo, quem vanus timor ad petendum ducit. Et metum viri constantis desiderari, affirmat etiam *Mascard. de probat. concl. 1376. n. 2.*

11 Hinc deducitur, justam hujus divortii rationem fœvitiæ causam esse, molestam cohabitationem, discordias, & jurgia gravia frequentia inter conjuges. Metus enim hujus mali in virum constantem cadit (ut probavi l. 4. disp. 6. n. 14.) Et ita docet *Enrig. l. 11. de matrim. c. 17. n. 7.*

12 Secundo infertur, fas esse uxori a viro recedere, qui præ fœvitia tres infantes in utero ejus necavit. Gravissima enim tyrannis hæc. Ita *Palud. 4. d. 39. q. un. art. 3. nu. 14. Gaeta repetit. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 235.*

13 Tertio deducitur, non satis esse minas, quo divertere licet; sed securitatis cautionem postulare, nisi minans solitus sit eas exequi. Quare arbitrio judicis perpendendum erit, num minæ illæ sufficiant, considerato minantis ingenio, ac minandi modo. Quia aliter minæ non incutiunt justum metum (ut probavi l. 4. disp. 1. n. 20. & 21.) Idem etiam constat ex *l. Hæc autem 4. ff. si cui plus*, ibi: *Hæc autem satisdatio locum habet si justa causa esse videtur. Nam iniquum erat omnino caveri, nondum illata controversia litis. Cum possint elusoriæ minæ fieri, ideoque eam rem prætor ad cognitionem suam revocat.* Atque ita tuentur *addit. ad gl. ibi super v. Minæ, Bart. ibi, statim in princ. & ibi Imola, Jas. l. Si super possess. n. 6. Cord. de transf. Parisius cons. 108. n. 11. vol. 4. Roland. cons. 27. n. 3. & 4. & 21. vol. 3. Aviles c. 6. Prætorum, gl. Pobres, n. 16. Plaza de delicti. l. 1. c. 7. n. 1. ad fin Menoch. l. 2. de arbitr. cent. 2. cas. 140. n. 4. Felinus rubr. de tregua, & pace, n. 10. declar. 1.* Et alios referens *Mascar. de probat. concl. 1376. n. 2. & 3.*

Quar-

14 Quarto deducitur, quid sentiendum sit in ea quæstione. An justam divortii hujus causam præbeat, quod vir uxorem verberarit? Talem enim esse, affirmant quidam. Ducuntur, quia ob hanc causam repudium concedebatur jure civili, *l. Consensu, in fin. princ. C. de repud. aut. de nuptiis, §. Minores, col. 4.* & redditur ratio, *ea l. Consensu*, quod ejusmodi supplicium ingenuus inferri dedeceat, fervorumque proprium sit. Idem, *qua glossa* eadem ratione ducta *c. Sicut, el 2. q. 1.* docet viro non permissum esse uxorem verberare. Demum, quia metus verberum gravium in virum constantem cadit (ut probavi lib. 4. disp. 5. n. 4.) Et ideo ita docent *Bart. l. Cum satis, n. 7. C. de agricolis, & censitis, lib. 11. Bald. l. 1. n. num. 9. & ibi Jas. n. 4. C. de legatis, Thesaurus decis. Pedem 130. n. 2. Lancel. instit. juris can. lib. 2. tit. de divor. §. Præstandum tamen erit, ver. Committetur.* Et cum hac moderatione, si acris sit verberatio, docet *idem Anton. cap. Litteras, num. 20. de rest. spol. Guido decis. 439. nu. 6. & cons. 127. in fin. Jo: Lupus cap. Per vestras, de donat. inter vir. & uxor. notab. 3. in princ. n. 6. Sebast. Monticulus tract. de patria potest. v. Matrim. n. 78.* habetur tom. 8. tract. part. 2. *Vincent. de Franc. decis. 244. in fin. p. 2. Matien lib. 5. recop. t. 9. l. 2. gl. 1. num. 52.* ubi aliquos textus ad probandum adducit. *Peguera in suis decis. crim. c. 20. n. 8. Graf. 2. par. decis. l. 2. c. 84. n. 2. & 3.* Confert ad hoc doctrina aliquorum asserentium dari acriter verberatæ uxori adversus maritum verberantem, actionem in factum, ut solvat æstimationem injuriæ sibi illatæ denegata tamen actione injuriarum, quæ infamat. Hi sunt *Jo: Andr. addit. ad Speculi in rubr. l. de injuriis, vers. Et quæstio de uxore, Alex. l. Divortio, §. Si vir, n. 3. ff. solut. matrim. Tiraq. lib. 1. connub. gl. 1. num. 24. Catellian. in memorabil. vers. actio injuriarum, & v. Uxor atrociter, Covar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 5. n. 1. Plaza de deliciis, l. 1. c. 7. n. 3. fin. Lud. Lopez 2. par. instr. de matr. cap. 54.* ubi de divort. quoad habitationem, *statim in princ.* Quamvis hæc reprobet *Barb. rubr. ff. solut. matr. 2. p. n. 34.*

15 Alii censentur verbera inflicta uxori non præstare causam sufficientem hujus divortii, nisi quando ex eis probabiliter potest mortis periculum timeri, & quamvis id ex præteritis non innemam, satis esse ex futuris metui: vel si inde contracta sit inimicitia capitalis inter conjuges. Quia *l. Consensu, C. de repud.* est correcta per *auth. Ut liceat matri, & aviæ, §. Quia vero quædam, ad fin. collat. 8.* a qua desumpta est *auth. Sed novo jure, C. de repud.* ubi dicitur non permitti repudium ob verbera, quod *illa l. Consensu* concedebat: sed aliam pœnam viro indicit. Et ita corrigi affirmant *gl. auth. De nuptiis, §. Miciores, v. Flagellis coll. 4. Paris. cons. 54. n. 37. vol. 4. Petr. Greg. syntag. juris l. 9. c. 15. n. 22. Cujac. novel. 22. col. 4.* Et ita videtur, nec jure canonico concedi ex eis flagellis divortium, nisi in casu prædicti periculi. Quam sent. tuetur *Basb. ff. solut. matrim. 2. p. n. 31. & 32.* & refert Cardinalem, & Ferretum.

16 Sed ut meam sent. explicem, suppono viro integrum esse uxorem verberare, non passim, ex levique causa, nec acriter quamvis magna causa, & acri flagellatione condigna intercedat: sed raro, urgentique causa postulante, & moderate. Quia acris verberatio, quando delicti qualitas eam postulat, judici relinquenda est, cujus est juridica punitio, delictoque gravi condigna; viro autem respectu uxoris, filiorum, & familiæ non hujusmodi punitio incumbit, sed domestica, & moderata, quæ potius correctionem, quam pœnam spectat. Item, quia hac levi, & moderata, & ex causa urgenti, verberatione, etiam ingenui puniri possunt, nec ea domesticæ punitionis limites excedit. Quamobrem non est cur viro denegetur. Atque ita docent *Host. c. Quemadmodum ad fin. de jurejur.* ubi *Jo: Andr. n. 16. Anch. n. 12. Henr. n. 4. & 5. Ant. eo c. Quemadmodum, §. Illud autem, n. fin. Abbas eid. §. n. ult. & Alex. de Nevo, n. 13. Arch. c. Sicut, el 2. n. 4. 7. q. 1. Bellam. n. 4. & d. c. Quemadmodum num. 6. idem Abbas c. Cum conting. num. 20. & ibi Felin. n. 7. de foro comp. Tiraq.* alios allegans, *l. 1. connu gl. 1. n. 22. & 24. Rosel. v. Uxor. n. 4.* ubi *Angl. n. 3. Silv. q. 3. Tab. q. 1. n. 2. Arm n. 2. Rolan.* aliis relatis, *cons. 27. n. 15 & 16. vol. 3. Thes. dec. Pedem. 122. n. 3. Graf. 1. p. dec. l. 2. c. 84. n. 2. Barb. rubr. ff. solut. 2. p. num. 35.* Quare merito *Sot. lib. 5. de just. q. 2. ar. 2. in fin. corp. Arag. 2. 2. q. 65. ar. 2. col. 5. vers. De marito solet dubitari, & ibi Salon col. 3.* dicunt id solum licere ex causa gravissima. Hoc ergo supposito, primo censeo, quando levis est verberatio, & ex urgenti causa, manifestum esse non licere uxori divertere. Quia vir juste agit. Idemque credo, quando levis esset verberatio, etiam absque causa. Quamvis enim vir injuste agat, at ea fœvitia non tanti momenti est: ne verberum levium timor in virum constantem cadit, sed quando ea gravia sunt (ut diximus l. 4. disp. 5. n. 4.) Atque ita merito DD. n. 14. allegati petunt ad hoc, acrem esse verberationem. 2. existimo non licere hoc divortium causa verberationis præteritæ, quantumvis atrocis, si casu, ex insolito iræ, ac perturbationis motu viri contigerit, nec probabilis timor ejusmodi punitionis in posterum exercendæ subsit. Ducor, nam causa hujus divortii ex solo damni futuri timore proficiscitur: cujus signum est, teneri uxorem divertentem causa fœvitiæ redire ad virum data sibi sufficienti incolumitatis futuræ cautione, *c. Litter. & c. Ex transmissa, de rest. spol.* Ergo ubi attenta viri consuetudine, ejusque a natura indito ingenio, excessus ille inopinatus fuit, non erit justa divortii, ac petendæ cautionis causa. Adde ex usua verberatione minime fœvitiam concludi. Ut bene docent *Rol. cons. 27. n. 12. t. 3. & multis aliis relatis Rim. jun. cons. 174. ar. 31. vol. 2.* Præterea quia ad probandum, solitum esse quempiam minas exequi, quo minæ incutiant metum viri constantis, non satis est unicus executionis actus (ut probavi l. 4. disp. 1. n. 22.) Unde merito *Eur. l. 11. allig.* exegit molestam cohabitationem, rixas & discordias, quæ omnia adiudicatam quamdam important. Tandem existimo contra *Bart. n. præc. relatum*, non desiderari quod verberatio gravis causam justam divertendi, & cautionis exigendæ præstet, ut probabile mortis periculum inferat: sed sufficere eam acrem esse, & correctionis marito concessæ limites excedentem (ut sensere DD. n. 14. allegati) & eam non semel casu accidisse, sed repetitam esse (duo enim actus consuetudinem probant, ut probavi l. 4. disp. 1. n. 22.) Vel saltem ex unica verberatione conjecturam sumi posse probabilem, attenta mariti natura, fore ut in posterum similiter sæviat. Ratio est, quia metus verberum acrium in virum constantem cadit (ut probavi lib. 4. disp. 5. n. 4.) Et unicus actus satis est hujusmodi timori inferendo, quando ex eo conjectura prædicta merito cavetur (ut probavi eod. lib. 4. disp. 1. n. 22.) Et idem credo, quando mulier culpam admisisset ea acri verberatione condignam. Quia adhuc vir sævit, & terminos correptionis sibi permissæ transgreditur.

17 Quinto deducitur, justam hujus divortii causam esse sævitiam viri, quando vi debitum conjugale ab uxore extorquere solet. Ita *Ant. c. Litteras, n. 20. de rest. spol. Graf. 1. par. decis. l. 2. c. 84. n. 3.* Sed hoc non mihi placet, quia licet in modo sit aliqualis injuria, at non est tanta, ut sævitiæ tribuenti causam divertendi, ascribenda sit. Eo vel maxime, quod si uxor sponte debitum reddat, nulla erit vis; si autem deneget, jus habet maritus cogendi: quod in modo aliquantulum excedat, non est tantus excessus, & uxor potest vim illam cavere, si sponte reddat, ut tenetur.

18 Sexto deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an ob furorem conjugis liceat alteri divertere? Quidam enim negant. Quia *D. Aug. l. 1. de ser. Dom. in monte, c. 32.* & refertur *c. Si uxorem, 32. q. 5.* asserit ob nullum infortunium esse conjugem dimittendum. Ita *Abb. c. 2. num. 3. de conjug. leprosi. & ibi Alex. de Nevo n. 3.* & faciunt DD. qui asserunt conjugi amenti reddendum esse debitum. Quos retuli l. præc. disp. 23. n. 4. ubi eam q. disputavi, Tribuitque sent. hæc *Alex. l. Si cum dotem, 23. §. Si maritus in fin. ff. solut. matr.* sed eam minime tenet: tantum enim dicit eum textum, concedentem, repudium ratione furoris perpetui, correctum esse jure canonico: quod sola morte matr. consummatum dirimi docet. Sed omnino tenendum est furorem conjugis, ubi absque gravi periculo cum illo habitari potest, non præstare istam divertendi causam, sed sanum teneri cohabitare, illique ministrare. Nil enim tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris, maritum, vel uxorem viri participem esse, *l. Si cum dotem, 23. §. Si maritus ff. sol. matrimon.* Secus existente eo gravi periculo. Quia prævalet jus propriæ vitæ tuendæ. Et ita intelligitur *d. c. uxorem*, quando id periculum non imminet. Ita *Nav. sum. Latina c. 22. n. 22. v. Quinto, Hisp. c. 28. addit. ad n. 21. c. 22. v. La quinto. Cov. 4. decr. 2. par. 7. §. 5. num. 3. Veracr. 3. p. Speculi, ar. 1. fi. Ant. Cuc. l. 5. instit. major. t. 12. in fin. Thesaurus dec. Pedem. 130. num. 2. Barb. rubr. ff. sol. matr. 2. p. nu. 17. fin. Emm. Sa summ. verb. Divortium, n. 8. Enriq. l. 11. de matrim. c. 4. fin. & c. 8. n. 13. & c. 17. n. 7. Graff. 1. p. dec. l. 2. c. 84. in fin. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 54.* ubi de divortio quoad habitationem, *paulo post princ. casu 3. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. l. 8. c. 17. initio.* Nec credo esse necessarium vitæ periculum, sed satis est aliud gravissimum arbitrio prudentis. Non tamen satis erit molesta cohabitatio, & rixæ. Quoniam hæc absque culpa conjugis amentis accidunt. Atque ita quamvis ceteri Doctores allegati asserant desiderari periculum vitæ ex cohabitatione imminens. At melius *Cov. Lud. Lop. Graf. allegati, & Petr. de Led. de matr. qu. 62. ar. 1. fin. Enriq. l. 11. de matr. c. 8. num. 13.* dixerunt indistincte, quando ex cohabitatione periculum imminet. Et *Ant. Cucus, & Veracruz citati*, quando furor est maximus. Et *Thesaurus allegatus*, quando furor est intolerabilis. Quæ omnia in alio periculo gravi verificantur. Similiter erit justa divertendi causa, si vir sæpe inebrietur cum periculo vitæ uxoris, *Enriq. l. 11. de matrim. c. 19. n. 7.* Idem, cum alio gravi periculo: & tunc prestanda erit sufficiens cautio in posterum abstinendi ab ebrietate. Idemque censendum est, si econtra uxor sic ebria fiat, nec compesci potest a viro. Quoties autem id periculum abesset; non liceret hac ratione divortium: sicut nec ob alia crimina, quæ in alterius conjugis perniciem minime vergunt, juxta dicta disp. præc. n. 3.

19 Tertia conclusio. Non sola fœvitia preterita justam divertendi, & petendæ cautionis causam præstat, sed etiam timor futuræ fœvitiæ, & malæ tractationis. Quia in utroque eventu imminet periculum conjugi. Ita docent *Aymon cons. 31. nu. 2. & 3. vol. 1. Card. cons. 9. in princ. Covar. 4. decr. 2. par. cap. 7. §. 6. n. 2. Guttier. l. 1. q. canon. c. 14. nu. 9. Barbosa rubr. ff. solut. matr. 2. p. n. 32. Graf. 1. p. dec. l. 2. c. 84. n. 1. Lud. Lop. 2. p. instr. matr. cap. 54.* ubi de divortio quoad habitationem, *statim in principio.* Idque constat, nam probabilis timor mali proximus illatus sit (ut probavi lib. 4. disp. 1. n. 16. & duplici seq.) Et subiiciunt optimum exemplum *Aymon, Covar. Guttier. Lud. Lop. ibid.* ut quando inter conjuges lis super majori bonorum parte agitaretur, posset enim tunc futura fœvitia prædicta personarum qualitate. Quod ex multis probat *Aymon ibid.*

Hinc

20 Hinc infertur, posse præsumi hanc causam sævitiæ, si vir concubinam teneat, ac proinde hac ratione integrum esse uxori divertere. Quippe non bene conveniunt uxor, & concubina, soletque hæc vitæ illius insidiari. Ita docet *Bald. c.1. strat, de donat. inter vir. & ux. notab.3. in princ. nu.6.* & §.21. *n.* 8. *Thesaur. dec. Pedom.* 30. *n.*4. *Matienzo lib.*5. *recop. t.*9. *l.*2. *gl.*1. *n.* 52. Et quamvis *Jo. Lup. & Matienzo* loquantur quando vir domi tenet concubinam, vel eam abducere domum intentat. At idem dicendum est, si extra domum propriam, eam tenet. Quia est hujusmodi retentio causa molestæ cohabitationis, & perpetuæ discordiæ inter conjuges. Sic docet *Thesaurus ibid.* & favent alii, qui indistincte de retentione concubinæ loquuntur. Quære uxor redire non tenebitur, donec sibi sufficienter caveatur de expellenda concubina, & in posterum ea non admittenda. Ita *Bald. Jo: Lupus, & Matienzo ibid.* Addunt que *Jo: Lup. & Matienzo* non teneri redire, nisi data dicta cautione, & pœna apposita, si a fide præstita deficiat. Quæ omnia etiam docent *Graf.* 1. *p. dec. l.*2. *c.*84. *n.* 4. Et hæc doctrina aperte procedit ratione sævitiæ, seclusa ratione adulterii. Alias fallum esset teneri uxorem præstita conditione redire. Quare licet uxor esset adultera, ac proinde compensatione delictorum facta, non liceret sibi ratione adulterii fugere: id utique sibi esset integrum ratione sævitiæ futuræ probabiliter præsumptæ ex retentione concubinæ.

21 Imo quamvis non ex viri sævitia immineat damnum notabile corpori uxoris, sed ex aliis viri sceleribus, potest uxor fugere, v.g. si vir latrocinii deditus sit, ac incorrigibilis, quamobrem periclitatur uxor: ut si timeat ne tanquam consentiens furtis viri, & receptatrix furtorum puniatur, juxta notata *l.*2. *C. de furtis*. Quia cum tanto corporis detrimento non tenetur cum illo habitare. Ita *Palud.* 4. *d.*32. *q.*1. *a.*2. *n*7. *& d.*39. *q.*un. *ar.*3. *n.*14. *D. Ant.* 3. *p. t.*1. *t.*20. §.10. *casu* 1. *Nav. sum. Hisp c.*28. *add. ad n.*21. *c.*22. *Lo tercero. Barb. rub. ff. sol. matr.* 2. *p. n.*29. Et ita temperandum est, quod dicunt *ipsemet D. Ant.* 3. *p. t.*1. *c.*21. §.4. *& Nav. sum. lat. c.*23. *n.*21. *v. Tertio*, nimirum posse uxorem divertere a viro latrociniis dedito, & nolente a furtis abstinere. Si enim nullum inde uxori detrimentum consurgat, non poterit recedere. Ut bene animadvertit *Barbosa eod. n.*29. *Emm. Sa sum. v. Divor. n.* 5. Idque constat ex dictis disp. præc. n. 3.

22 Secundo infertur integrum esse viro recedere ab uxore venefica liberorum interfectrice, aut viri facultates deprædante. Ita docent *Sot.* 4. *d.*39. *q un. ar.*4. *ad* 4. *Angl. Flor.* 1. *p. de matr. quæst.*12. *de disparitate cultus, post dub.*7. *dif.*3. *Lud. Lop.*2. *p. instr. de matr. c.*53. §. *pen.* Quod quidem de uxore liberorum interfectrice, manifestum est. Quia cedit in grave matr. detrimentum. Item, quia præ nimio liberorum affectu, magis tetrentur in illis parentes, quam in seipsis: atque ideo talis metus in virum constantem cadit (ut probavi lib.4 disp.4. n.1.) Quando autem uxor est venefica, licet crimen illud veneficii non sit ex se causa divortii; at merito timere potest vir sibi, ne veneficio aliquo lædatur. Sunt enim hujusmodi feminæ pessimæ, & facile amore alieno captæ, aut ira perciræ, solent maritos veneficiis inficere. Demum quando uxor substantiam viri deprædatur, non est semper causa sufficiens divortii, donec tactio præstetur, sed quando vel furtum est notabile, vel præsumitur fore tale, ita ut is timor facultates amittendi cadat in virum constantem, nec aliter compesci valeat. Ut constat ex dictis n.10. Quando autem is timor sit viri constantis, dixi l.4. disp.5. n.200. & seq. Sed nec in hoc est verum: nisi quando vir notabile damnum in sua persona timet. Non obstat *c. de his qui filios occid.* ubi negatur divortium, quod mater filium occiderit. Quia intelligitur de divortio perpetuo.

23 IV. Conclusio. Non sola viri sævitia, sed etiam patrum viri, præbet justam divertendi causam uxori, ac petendi cautionem securitatis. Sic docent colligentes ex eo textu, ibi: *Vel parentes ejus. Ant c. Ex transmissa n.*6. *de rest. spol. & ibi Abb. n.*4. *Graf.* 1. *p. dec. l.*2. *c.*84. *n.*3. Quod intelligerem, quando vir in culpa est illius sævitiæ, ut si uxorem cum eo periculo retineat in parentum domo, vel parentes in ipsamet propria sui ipsius. Tenetur enim potius incolumitati uxoris consulere, & paci. Juxta illud *Gen.*2. *Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ*. Vel si parentes domum viri frequenter adeant, nec vir id periculum vitarit.

24 V. Concl. Ut fuga ratione sævitiæ, & cautionis petitio, justa sint, ultra timorem mali gravis, desiderature etiam causa legitima, & verisimilis timendi. Quia id omnino exigitur ne timor vanus sit, & hominis pusillanimis, & inconstantia (ut probavi l.4. disp.1. n.15.) ita *Baldus cons.*176. *n.*2. *vol* 1.

25 Hinc deducitur, judicis esse interrogare conjugem, ratione hujus timoris divortium postulantem, de suspicionis timoris causis, arbitrioque suo committi dijudicare, num justæ sint, inspectis personis, & causis. Nam quod metus in virum constantem cadat, spectatur causa timoris an probabilis sit, non absolute, sed respectu subjecti metum patientis, tam quoad gravitatem mali, quod timetur, quam quoad probabilitatem, & modum timendi. Pusillanimis enim ex faciliori causa ad timendum ducitur. Quod probavi l.4. disp.3. n.5. Sic *Bald. n. præc. alleg.* Idemque aperte constat ex dictis n.13.

26 Secundo deducitur, non posse judicem divortium ratione sævitiæ concedere, aut cogere conjugem ad cautionem prestandam non præmissa in judicio causæ cognitione. Quia præsumendam non est quempiam vitæ alterius insidiaturum, nisi constet. Item quod cogere ad satisfandum est laboriosum, *l.*2. *vers. Sed si dubitetur ff. de judiciis*. Quod universi admittunt, quando judex ad instantiam partis procedit. Quando vero ex solo officio procedit, censent aliqui non desiderari juridicam causæ cognitionem. Quia cum tunc non desideretur fidejussores, sed nuda cautio sufficiat, cessat ea ratio, quod fidejussorem dare sit laboriosum. Sic tenent *Dynus l.*2. §.1. *in fi. ff. solut. matr. Fel. rub. de tregua, & pace, n.*10. *declar.*2. *Jul. Clar. l.*5. *recept.* §. *fi. q.*47. *vers. Sed numquid potest*. Sed melius eam requiri, docent alii. Tum quia non est certum judice procedente ex officio solam cautionem nudam exigi (ut dicemus n.44.) Tum etiam, quia cautio nuda petit bonorum hypothecam cum adjectione pœnæ (ut dicemus n.34.) At obligare ad hoc, est revera gravare. Atque ita docent *Joan. de Imola l.*2. §. 1. *in fin. ff. solut. matr. Parisius* alios referens *cons.*108. *n.*10. *vol.*4. *Hippolyt.* quem refert, & sequitur *Avilés c.*6. *Prætorum gloss. Pobres, nu.*9. & 10. & idem videntur tenere alii, indistincte docentes requiri causæ cognitionem, ut judex obliget ad cautionem de non offendendo præstandam. Ita *Bart. l. Capitalium*, §. *Ad statuas, num. un. ff. de pœnis. Alex. cons.*78. *num.* 25. *vol.* 5. *Roland. cons.* 27. *num.*2. & 3. *vol.* 3. *Menoch. de arbitr. l.*2. *centur.*2. *casu* 140. *nu.* 4. *Plaza de delictis, l.*2. *cap.*7. *num.* 1. *fin.* & aliis relatis *Mascar. concl.* 1366. *num.* 1.

Tertio deducitur, non standum esse in hac re juramento pe- 27
tentis cautionem, allegantisque suspicionem timoris. Quamvis enim timor tanquam passio in animo consistens possit juramento probari: at cum non solum timor, sed justa etiam timoris causa sit probanda, illa qualitas justitiæ aliam probationem petit. Ita multis citatis *Padill. l. Si super possessione, nu.*26. *C. de transact. Mascard. de probat. conc.*1376. *num.* 4. & 5.

Imo ea suspicionis causa est probanda testibus omni exce- 28
ptione majoribus. Ita *Parisius cons.* 54. *num.* 16. *vol.* 4. *Barbos. rubr. ff. solut. matr.* 2. *p. n.*27.

Excipe tamen, nisi evidenter de causa suspicionis constet. 29
Ut est casus *c. De Bened.* 32. *qu.* 1. in quo constabat mulierem commississe adulterium, quod infert injuriam gravissimam viro, & domui ejus, *l. Moles*, §. *Si socer, in fin. ff. ad l. Jul. de adulter.* Tunc enim cavendum est absque aliæ causæ suspicionis probatione. Ita *Alexand. cons.*78. *n.*28. *vol.* 5.

Quarto deducitur justitia praxis in tribunalib. Ecclesiasticis 30
vigentis. Petito enim divortio ratione sævitiæ conjugis, judex petit informationem testium eam probantium, quæ præstita, si sufficiens sit, continuo actum interlocutorium pronuntiat, quo jubet uxorem loco tuto deponi, dum lis deciditur, & sub pœna excommunicationis jubet viro, & ejus parentibus, ne illi malum inferant, & sub aliis pœnis pecuniariis: & moderatur expensas litis atque alimenta uxori præstanda. Ad quod teneri virum diximus disp.8. n.28. Sic *Guttier. l.* 1. *qu. canon. c.* 24. *n.*6. & 7. Et quamvis divortium absque adversæ partis citatione fieri nequeat, *c.* 1. *de causa possess.* at separatio ad tempus dum discordia durat, & lis agitatur, solam informationem summariam postulat, argumento *l. Æquissimum, ff. de usufructu*. Sic *Navar. l.* 4. *cons. in* 2. *edit. tit. de divor. cons.* 5. *n.* 1.

Ultima conclus. Quando sævitia conjugis est tanta, ut nulla 31
securitatis cautio sufficiens ab alio præstari possit, non est restituendus conjux spoliatus, sed sent. divortii pronunciandæ est. Habetur expresse *c. Litteras, in fin. de rest. spol.* Et docent omnes, ac specialiter *ibi Abb. n.*7. & multos alios referens *Barbosa rubr. ff. sol. matr.* 2. *p.* 26. *fin.* & *num. seq.*

Quando autem sævitia conjugis tanta fit, ut illi per cautionem 32
satis provideri nequeat, & quæ cautio ad damnum vitandum sufficiat, certa regula præscribi nequaquam potest, sed id judicis arbitrio decidendum peripeatis bene omnibus circumstantiis occurrentibus relinquitur. Argumento ex *lib.* 1. *ff. de jure deliber.* ibi: *Cum dicit tempus, nec adjicit diem, fine dubio ostendit esse in jus dicentis potestate quem diem præfituat*. Et *cap. De causis, de off. deleg* ibi: *Si tale fuerit negotium, quod certa exinde pœna conon. exprimatur, eamdem infligas: alioquin ipsos pro delicti qualitate, & causæ, secundum tuum arbitrium puniri procures*. Cum ergo in jure (ut constat ex *cap. Litteras, in fin. & cap. Ex transmissa, de rest. spol.*) nec alibi præscriptum sit, quanta esse debeat esse sævitia, & qualis cautio sufficiat, totum id negotium arbitrio judicis librandum erit. Atque ita docent *Hostiens. d. cap. Ex transmissa super v. Diffidat. Abb. d. c. Litteras, n.* 7. *Parisius cons.* 54. *n.* 36. *vol.* 5. *Tiraq. l. Si unquam, ver. Omnia, vel partem, num.* 31. *ad fin. C. de revoc. donat. Bald. cons.* 276. *num.* 2. *vol.* 1. *Covar.* 3. *decr.* 2. *part. cap.*7. §. 5. *num.* 2. *fin. Plaza de delictis, l.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. *ver. Et primo. Menoch. de arbitr. l.* 1. *cent.* 2. *cas.* 138. *in fin.* & *casu* 136. *num.* 4. & 5. *Bursat. cons.* 207. *nu.* 29. *vol.* 2. *Guttier. lib.* 1. *quæst. can. cap.* 24. *nu.* 10. *Lavall. in suis commun. opin. qu.* 66. *num.* 13. & *seq.*

Tandem id observandum est, ubi odium est capitale, non 33
debere conjugem cautionis fragilitati fidere. Nec enim cautio malevolum animum mutat, §. *fin. inst. de suspect. tut.* nec in hoc casu sufficiens cautio præstari potest. Sic *Aimon. cons.* 41. *nu.* 4. *vol.* 1. exemplificans in uxore litigante cum viro circa majorem bonorum partem, in quo casu ait præsumi inimicitias capitales. Et non esse tunc cautioni fidendum, probat ex *cap. Accedens, c.* 12. *junct. gloss. ver. inimicis, ut lite non contest.* ibi: *Et litteras non habuit de conductu, si tamen missæ ei fuissent, non debebat se credere suis capitalibus inimicis*. Ubi *gloss. verb. Inimicis*, ait in eo casu non potuisse sufficientem cautionem præstari. Et idem constat ex *Gloss. cap. Ex parte, el* 1. *de appellat.*

pellat. verb. Periculosum, in fin. ubi ait, citato ad locum periculosum non satis esse præstare ducatum, ubi *Dec. n.* 15. *vers. in fin. Glossa* dicit non teneri quemquam litteris salvi conductus idem habere, quando locus non est tutus propter inimicitias. Quare *Zaphatus cons.*384. *n.*64. & *quattuor seq. vol.*3. ait mulierem adulterii accusatam minime teneri lite pendente redire ad maritum, quamvis ille cautionem, & fidejussores præstet, per *l. Quia ita*, §. 1. *ad Trebellian.* ex qua habetur in arduis posse quempiam nolle stare fragilitate cautionis, secundum *Paulum, & Imolam, ibi*.

SUMMARIUM.

Cautionis nomine, dum in aliquo decreto ponitur absque aliqua additione, comprehenditur simplex cautio, non tamen absque bonorum hypotheca, & appositione pœnæ, & quid, an tunc exigatur juramentum: explicaturque lib. 10. *tit.* 33. *par.* 7. *num.* 34.

Quid, quando adduntur aliquæ particulæ, ut plene, idonee, rectæ, sufficienter, & aliæ, 35.

Quoties petitur cautio ob personæ suspicionem, an satis sit nuda, 36.

An quoties cautio fidejussoria, aut pignoratitia desideratur, sufficiat bonorum hypotheca, 37.

An obligatus ad cautionem pignoratitiam, vel fidejussoriam satisfaciat sola juratoria, eo quod præ paupertate, vel alia cautione non invenit fidejussorem, nec habet pignora, credaturque ejus juramento dicentis se non invenire, 38.

Judex potest ex officio cogere ad cautionem non offendendi præstandam, 39.

Cautio ratione sævitiæ a conjuge præstanda debet esse fidejussoria vel pignoratitia, 40.

An satis sit sola juratoria, quando conjux timet juramentum, 41.

Quid, si conjux pauper sit, aut advena, & ideo fidejussores non inveniant, nec pignora habeat, an sufficiat ejus juramentum loco cautionis, credendumque sit illi juranti se aliam cautionem minime posse præstare, 42.

An sufficiat juramentum, quando vir esset diseretus, & emendatæ vitæ? Et generaliter quoties aliquis tenetur fidejussorem, aut pignora dare, excusetur, si notorie idoneus sit, 43.

An si judex ex solo officio, conjuge nil petente, compellat ad cautionem hanc præstandam, sufficiat juratoria, 44.

An cautio præstanda adulteræ, vel alterius criminis reæ uxori; debeat esse solum de ea non offendenda ratione delicti præteriti, vel etiam futuri, explicatur cap. De Bened. dist. 3. *q.* 3. *n.* 45.

An non obstante ea cautione possit uxor castigari a viro: 46.

Post num. 46. *invenies summaria, quæ desiderantur*.

34 QUæstio II. Qualis cautio a conjuge, cum sævitia est probata, præstanda sit, ne ratione illius celebretur divortium, & conjux, quæ præ timore diverterat, ei restituatur? Præmittenda sunt aliquot fundamenta de cautione in genere, ut clarius procedatur. Primum fundamentum sit, cautionis nomine, nisi aliquid addatur, nuda cautio comprehenditur. Habetur *l. Sancimus, Cod. de verb. significe.* & docent universi DD. seqq. alleg. & late *Barbosa l. Divortio*, 8. §. *Interdum, nu.* 22. *ff. solut. matr.* Nec obstat *l.* 10. *t.* 33. *p.* 7. ubi expresse dicitur cautionis nomine intelligi pignora, vel fidejussores. Quia ne contradicat juri communi, quod nunquam in dubium corrigere censetur (ut probavi lib.3. disput.41. n.8.) intelligenda est, cum cautio non simpliciter profertur, sed cum aliquo addito: juxta n. seq. dicenda. Ita *Greg. Lop. ea l. verb. Cautio*. Vel dicit cum Barth. & aliis per ipsum allegatis intelligi illam legem, quando cautio petitur a lege: & *l. Sancimus*, quando petitur ab homine. Non tamen ea cautio debet esse absque obligatione omnium bonorum. Ut cum *Bart. l. Prius, num.*23. *in fin. vers.* 3. *quæro, ff. de operis novi nunc. citat.* & multis aliis probat *Jason l Sancimus*, *n.* 2. *Cod. de verb. sign.* Debet etiam continere pœnam frangenti fidem cautionis injunctam. Sic *Gloss. l.* 2. *verb. Sola promissione, ff. de judiciis Jas. ea l. Sancimus, n.* 2. An vero debeat continere juramentum, dicemus n. 44.

35 Secundum fundamentum. Quando adduntur aliquæ particulæ cautioni, desideratur, ut detur cautio fidejussoria, vel pignoratitia. Hujusmodi particulæ sunt, si addatur, idonea. Constat ex *l. Si mandato Titii*, 59. §. *fin. ff. mandati*, ibi: *Paul. respondit non videri mandati conditioni paritum, cum in mandato adjectum sit, ut idonea cautio a debitore exigeretur, si neque fidejussor, neque pignora accepta sunt*. Et docent *ibi Gl. v. Acceptata. Et gl e. fin. ver. Idoneam, de pign. & c. Odoar. verb. Idonea, de solut. & c. Ad nostram, el* 2. *ver. Sufficienti, de jurej. & c. fin. v. Idoneam, de sent. excom. in* 6. & *c. Quamquam, v. Idoneæ, de usuris in* 6. & *c. fin. v. Et idoneæ, de pœnis in* 6. & *l. Sancim. 3. v. Nudam, C. de verb. sign.* ubi *Bart. n. un. Alber. in fin. Paul. n. un. Salic. n. un. Jas. n.* 3. *Bald. l. Executorem* 8. *n.* 16. *C. de executione rei judicatæ; Felin. d. c. Ad nostram, n.* 8. *Ang. v. Cautio, n. un.* ubi *Silv. n. un. Tabiena n. un. Gregor. l.* 10 *verb. Cautio, t.* 33. *p.* 8. *Quesada in suis q. juris, c.* 11. *n.* 1. Unde recedendum est *a gloss. c. Prima igitur, verb. Cautione, de consecr. d.* 4. ubi simpliciem cautionem dici idoneam ait. Quam reprobat *Jas. d. l. Sancimus, n.* 3. quia simplex cautio non intelligitur cum pignoribus, vel fidejussoribus ut diximus n. præc.) secus quando additur; idonea. Idem exigitur, quando additur, sufficiens, *gl. c. Quoniam*, §. *in albis, verb. Cautione, ut lite non contest. & c. fin. verb. Cautionem, de pig. & c. in fin. de sequest. poss. & fruct. & c. Ex publico verb. Sufficienti, de convvr. conjug. & c. Ad Nostram, el* 1. *verb. Sufficienti, de jurej. & c. Pisanis, v. Sufficienti, de rest. spol. Alber. Paul. Jason Ang. Silv. Tab. Greg. Lop. proxime alleg. Felin. dict. c. Ad nostram, num.*8. *Socin. reg* 43. *fallent.* 2. *Cevallos in suis commun. opin. q.*66. *n.* 3. Idem dicendum est, si addatur, plena: *gl. dict. l. Si mandato Titii, in fin. Alber. Jason Felin. nu.*9. *Socin. fallent.* 3. *Greg. Lop. ibid. Domin. cap. fin. in princip. num.*14. *ver. In ea gloss.* ibi, *Idonee de usuris in* 6. *Cevallos dict. quæst.*66. *num.*2. Idem asseri oportet, si addatur, recta, *Alber. & Greg. Lop. ibid.* Idem, si addatur, competens, *gloss. l. Si debitori* 21. *v. Competenti, ff. de judic. & ibi Bald. ad fi. v. In gloss. quæ erit, Paul. Angel. Silv. Tab. proxime cit. Fel. dict. c. Ad nostram, num.*8. Quamvis alii, teste *Angel.* dicant tunc desiderari cautionem arbitrio prudentis sufficientem. Idem dicendum est, si addatur, diligens. *Quesada in suis q. juris c.* 11. *n.* 1. Idem quando lex mandat caveri causa cognita, *l. In omnibus*, juxta verum intellectum, *ff. de judic.* Ita *Felin. dict. cap. ad nostram, num.* 1. Tanuem dicendum est idem, quando lex dicit præstandam cautionem, quam quis præstare potest. Quoniam si tunc sufficeret sola juratoria, frustra essent ea verba, quam præstare potest. Cum hæc omnibus sit possibilis. Sic *Abbas c. Per vestras, num.*13. *de donat. inter vir. & uxor. Felin. dict. c. ad nostram, num.*10. Qui omnino videndus est circa alias particulas adjici solitas.

Tertium fundamentum sit. Cum cautio interponatur ob sus- 36
picionem personæ, semper debet esse cum pignore, vel fidejussoribus *l. Si fidejussor* 7. §. *fin.* §. *Qui satisdare cogantur*. Ita *gl. pen. l. pen ff. de petit. hæred. Bar. l. Prius, num.*23. *ff. de operis novi nunciat, Alber. l. Sancim fin. C. de verb. signif* ubi *Bald. num*4 *Paul. n. un. Jason num.*5. *Socin. reg.* 43. *fallent.* 1. *Felin. cap. ad nostram, el* 1. *n.*6. *de jurejur. Angel. v. Cautio, n. un.* ubi *Sil. n. un. Padil. l. Si super possess. n.*23. *C. de transf.*

Quartum fundamentum. Non constat inter DD. an his casi- 37
bus in quibus desiderantur pignora, vel fidejussores, sufficiat hypotheca. Id enim affirmat *gl. l. Si mandato Titii* 59. §. *fin. v. Neque pignora, ff. mandati, Greg. Lop. l.* 10. *t.* 33. *p.* 7. Verum contrarium tenendum est. Quia etiam ubi sola nuda cautio exigitur, est interponenda hypotheca omnium bonorum (ut diximus n. 34.) Ergo ea non sufficit, cum additur particula exigens fidejussoriam, vel pignoratitiam. Deinde, quia potior est cautio pignoratitia, quam hypothecaria. Pignus enim transit in creditorem, hypotheca autem minime, *l. Si rem*, §. *Proprie, ff. de pign. act.* Præstat autem possidere, quam a possidente petere, *lib.* 15. *qui ff. de rei vend.* Melius etiam est dare fidejussorem, quam hypothecam, ut constat ex *l. Omnes*, §. *In hac, C. de Episc. & cler. & auth. de sanctis Episc.* §. *Si quis autem, collat.* 9. ubi conceditur clericis privilegium ne dent fidejussores, sed promittant cum hypotheca. Et ideo hanc partem sustinent *Oldr. cons.*68. *n. un. Alber. l. Sancim. n.*4. *C. de ver. signif.* ubi relatis Joan. Andr. Angelo, & Paulo, tenet *Jason n.*3. *Domin. cap. fin. in princ. n.*13. *de usuris in* 6. ubi & *Franc. in princ. n.* 21. *Felin. cap. ad nostram, el* 1. *n.*8. *de jurej. Rebuf. de verb. sign. l.*238. §. *Et si cum hæc*.

Quintum fundamentum. Quoties quis ex necessitate juris 38
tenetur satisdare, & eo quod advena, aut pauper sit, non potest fidejusorem aut pignora invenire, satisfacit juratoriam cautionem præstando, *auth. Generaliter, C. de Episc. & clerdocentque gloss. c. fin. de pœnis in* 6. *v. Et idonee, & cap. Quamquam, de usuris in* 6. *v. Idonee. Et c. Odoar. de sol. v. Idonea, & c. Per vestras, de don. inter vir. & uxor. v. Quam potest*, ubi *Abbas n.*5. & *c. Ex parte, el* 1. *n.*4. *de verb. signif. & c. Et publico, num.*11. *de conv. conjug. Decius c. Ex Epist. n.*217. *in noviori edit. de prob. Jas. l. Sancimus num. fin. C. de verb. sign. l.* 1. *num.*23. *ff. qui satisdare cogantur, Hipp. di.*1. §. *Præterea, num.*113. *ff. de q. & rubr. de fidejuss. num.*116. & *l. fin. num.*123. *ff. de jurisd. omn. judic. Ang. v. Cautio, fin. Sil. ibi, ad fin. Staphil. de lit. gratiæ, 2. par. v. Quando conceditur juratoria, Avil. cap.*6. *Prætorum, gl. Pobres, num.*11. *Jul. Clar. lib.*5. *recep.* §. *fin. q.*47. *vers. Sed quæro quomodo*, & multis citatis, respondenlque ad contraria, *Rolan. cons.*33. *nu.*21. & *seqq. vol.* 2. *Anton. Gom. lib.* 3. *variar. c.*6. *num* 17. *Barb.* alios referens *l. Divortio*, §. *Interdum, n.*26. *ff. solut. matrim. Brun. in suo comp. lit. C. v. Cautio*, & plures alios refert *Tiraq. de retractu lignag. t.* 1. §. *t.* 1. *gl.* 18. *n.*46. Statur autem in hac re juramento dicentis se non habere fidejusorem. Sic *gl. fin* 11. *ff. qui satisdare cogantur. Et c. Quamquam, de usur. in* 6. *v. Idonee, Bald. cons.*176. *n.*2. *vol.*1. *Hippol. lib.*1. §. *Præterea, n.*113. *ff. de qu. Rolan. Ant. Gom. Avil. Barbosa proxime cit. Jul. Clar. lib.*5. *recep.* §. *fin. q.*46. *v. Sed quomodo probabitur*. Intelligetamen satis esse juratoriam cautionem, quando aliqua præstari nequit: si præstans sit vir bonæ famæ: alias non esset jus juramento fidendum, sed potius debet a judice cogi ut exulet. *Jul. Clar. eo* §. *fin. q.*47. *vers. Sed quæro quomodo*.

Ultimum fundamentum sit. Judex ex officio etiam parte 39
non petenti potest cogere partes ad cautionem securitatis prestandam. Quia in hoc vertitur publica utilitas. Ut ex multis citatis *Ant. Gom. statim alleg.* Atque ita tenent *Paris. consil. facit, vers.*3. *extende, & multis citatis Plaza de delict. l.* 1. *c.*7. *n.* 3. *statim in princ.*

His præmissis, sit prima conclusio. Cautio pignoratitia, vel 40
fide-

fidejussoria desideratur, ut conjux probabiliter timens alterius conjugis sævitiam, teneatur cum illo habitare. Constat, quia c. Litteras in fin. & c. Ex transmissa, de rest. spol. petitur expie- conjugis sævitiam, teneatur cum illo habitare. Constat, quia c. Litteras in fin. & c. Ex transmissa, de rest. spol. petitur expie- cautio sufficiens: nonne autem sufficientis cautionis intel- ligitur pignoratitia, aut fidejussoria (ut probavimus n. 35.) Atque ita docent gl. c. de Bened. v. Sub cautela 32. q. 1. & dict. c. Atque ita docent gl. c. de Bened. v. Sub cautela 32. q. 1. & dict. c. Ex transmissa, v. Sufficienti, & ibi Innoc. in fin. Hosi. super v. Ex transmissa, v. Sufficienti, & ibi Innoc. in fin. Hosi. super v. Recepta, Anch. n. 2. Gaeta repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. nu. 243. Recepta, Anch. n. 2. Gaeta repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. nu. 243. Lancelin. st. juris canon. lib. 2. tit. de divor. §. Præstanda tamen Lancelin. st. juris canon. lib. 2. tit. de divor. §. Præstanda tamen erit, ver. Idonea, Covall. in suis comm. opin. q. 66. n. 9. & 10. Ma- nuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 240. n. 1. Vega 1. tom. sum. 2. edit. cap. 89. cas. 4. Nec satis erit hypotheca bonorum. Quia ea non sufficit, ubi pignora vel fidejussores exiguntur ut probavi num. 37.

41 II. Conclusio. Si vir juramentum timeat, ac subinde eo præ- sitio satis consulatur uxoris inconlumitati, non est opus alia cautione. Quippe cautio eo tendit, ut conjugis periculum vi- retur. Quoties ergo jusjurandum ad id sufficit, nil amplius desideratur. Ita gl. c. Benedillo, v. Sub cautela, 32. q. 1. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 21. §. 3. fin. Silv. Matr. 10. q. ult. Bursatus cons. 207. n. 27. vol. 2. Idem expresse sentiunt Hosi. & Innoc. citati in præc. postquam enim dixerunt exigi fidejussores, aut pignora: subdunt eam cautionem præstandam esse, quæ tutiorem reddat uxorem, quæ magis timetur a viro. Consert etiam ad hoc, quod arbitrio judicis relinquatur, quæ cautio desideretur ad securitatem al- terius conjugis (ut probavimus n. 31.) Ergo judice arbitra- te satis esse juratoriam, nulla alia exigenda erit. Conferunt etiam quæ n. 43. dicemus.

42 Utrum autem viro non habente pignora: nec interveniente fidejussore, quia pauper aut advena est, sufficiat cautio juratoria de non offendendo; Man. 5. to. sum. 2. c. 240. n. 1. & Vega 1. tom. sum. c. 86. cas. 4. negant. Ducuntur, quia quamvis in aliis eventibus sufficiat juratoria cautio ejus, qui aliam præstando non est. At inter conjuges ea regula locum non habet. Quia fidejus- sione minime præstita, uxor assidua formidine, ac suspicione opprimetur, pullulabuntque multa, & non exigui momenti, quæ fœderi & amori conjugali valde adversantur. At Gutt. l. Nemo potest, n. 237. ff. de leg. 1. refert se patrocinante pro ea parte ut sufficiat, latam esse adversam sent. quia per appella- tionem suspensa, litem pendere, atque ideo nil decidit, sed cogi- tandum relinquit. Ceterum in hac controversia non est cur re- cedendum sit a regula generaliter tradita n. 38. ut satisfaciat jutejurando, quia aliam cautionem ad quam jure tenebatur, non potest exhibere: sitque credendum ei juranti se non esse aliam præstando. Militat enim eadem ratio, quod nemo ad impossibile astringendus sit. reg. Impossibilium, ff. de reg. juris: & reg. Nemo potest, eo. tit. in 6. Quod etiam manu docuit textus c. Litteras in fin. de rest. spol. ubi decidens cautionem sufficientem securitatis præstandam, quo uxor viri sævitiam metuens, ipsi viro reddatur, subdit textus (si fieri potest) Ergo quando ea cautio non est possibilis, sufficiet juratoria. Quod etiam clare significat Hosi: c. Ex transmissa de resti. spol. super v. Recepta, ubi ait teneri virum, dare pignora vel fidejussores, si potest: non enim (inquit) cuilibet est facile invenire. Nec obstat ratio, quæ in contrariam partem duxit Manuelem. Ea enim formi- do, & suspicio facile deponentur, experientia sumpta pacifi- cæ habitationis cum viro. Quod si in contrarium res se ha- beat, experientia id docente, integrum ei erit divertere. Tandem, quia cum totum hoc negotium sit arbitrarium (ut diximus n. 32.) judicis erit discernere, an attenta sævitia probata, & circumstantiis occurrentibus, satis consulatur uxo- ris incolumitati jutejurando præstito: atque ita re se haben- te, coget uxorem ad virum redire: sin minus, ab ea coac- tione abstinebit, sententiamque divortii pronunciabit. Juxta c. Litteras in fin. & c. Transmissa, de rest. spol. Ut bene ani- madvertit Zavall. in suis comm opin. q. 66. n. 13. & 14.

43 Ex dictis infertur, quando vir esset discretus, & emendatæ vitæ, non esse eum ad aliam cautionem, quam juratoriam obligandum. Quod ex dictis n. 41. satis constat. Et bene do- cet Roland. cons. 29. in fin. vol. 3. Constat Bart. Doctrina lib. 11. Quicumque, la 2. statim in princ. C. de fundis patr. lib. 11. ubi ait obligatum satisdare, satisfacere generali bonorum hypo- theca facta, si clare idoneus sit. Quam etiam amplectuntur Felin. cap. ad nostarm, de jurej. n. 10. vers. Quid autem si a lege, Aviles cap. 6. Prælatorum, gl. Probes n. 11. & alios re- ferens Plaza lib. 1. de delict. c. 7. n. 2. in fin.

44 Quidam temperant secundam conclusionem positam, ut vir teneatur pignora, vel fidejussores exhibere, ut intelligatur quan- do judex instante parte cogit cautionem præstare: secus quando ex mero officio, tunc enim satis est nuda cautio. Idque col- ligitur ex c. De Bened. 32. q. 1. ibi: illam vero si quidam maritus suus sine dolo aliqua forte accipere voluerit, tua ordinatione sub cautela recipiat. Cum enim textus agens de cautione præ- standa ex solo judicis officio, cautionis meminerit, nulla parti- cula addita, sat erit sola cautio absque pignore, & fidejusso- re, juxta n. 34. dict. Et ita eenient gl eo c. De Bened. v. Sub cau- tela, Felin. rubr. de tregua & pace, n. 10. declar. 2. Silv. Matrim. 10. q. ult. Placa de debit. l. 1. c. 7. n. 2. vers. 3. Gaeta rep. cap. ad li- mina 30. q. 1. §. 4. n. 243. Hanc autem nudam cautionem explicant Fel. & Placa, idem, juratoriam, gl. Silv. & Gaeta explicant nudam promissionem. Alii autem generaliter docent quoties cautio petitur ob suspicionem personæ (qualis videtur peti in hoc eventu) semper desiderari fidejussorem, aut pignora, etiam judice ex mero officio procedente. Ita multi quos re- fert, & sequitur Padilla l. Si super possessione, 23. & seq. C. de transf. Sed facile lis hæc dirimitur. Cum enim totum hoc negotium arbitrio judicis relinquatur, qui ea solum spectare debet, ut conjux incolumem vitam transigat (ut diximus n. 23.) sive ad patris instantiam, sive ex officio procedat eam tenetur cautionem exigere, qua intentum hoc comparandum existimarit: ac proinde si sit juratoria, ea contentus esse de- bet: sin minus, ulteriorem postulabit.

45 Cautionem autem uxori de ea non offendendam præstandam a viro, quando sua culpa dedit causam sævitiæ, ut si adulte- rium admisit, dicunt quidam debere esse de ea non offenden- da ratione adulterii admissi: non autem si in posterum si- mile delictum perpetret. Et ita intelligunt c. De Bened. 32. q. 1. ut refert ibi Turrec. n. 2. Sed merito Hugo ibi, & Anch. n. 4. Bel- lam. n. un. idem Turrec. n. 1. Cov. 4. de cer. 2. p. c. 7. §. 6. n. 7. eum intel- lectum reprobantes: docent cautionem debere esse generalem, & amplectentem delicta admittenda. Quia jus canonicum non concedit viro propria authoritate vindictam. Quod et- iam constat ex verbis textus ibi: Nullam duntaxat de cetero simile committenti periculum illaturus.

46 Demum observandum est, eam cautionem non impedire, quin viro liceat moderate punire uxorem, intra limites per- missos marito, ut antea licebat. Quia in ea punitione nulla versatur atrocitas, estque rationi consentanea: nec æquum est ut propriumi uxoris delictum, ipsi immunitatem præbet. Atque ita docent Abbas c. Ex transmissa, n. 3. de rest. spol. Paris. consi. 54. n. 33. vol. 4. Roland. cons. 27. n. 14. & 15. vol. 3. 1. Lancel. inst. juris canon. lib. 2. tit. de divor. §. Præstanda tamen erit, ver. Violentiam, Graf. 1. par. decis. l. 2. 82. n. 1.

S U M M A R I U M.

Proponuntur argum. probantia celebrato perpetuo divortio ob furorem vel ratione sævitiæ, neutri conjugi licere ad religionem, aut ordines transire, n. 47.
Proponuntur sententiæ authoris, n. 48. 49.
Solvuntur argumenta, 50.

47 QUæstio III. An celebrato divortio authoritate judicis Ec- clesiastici, ratione sævitiæ, aut furoris alterius conjugis, licet alteri, aut utrique ad religionem ordinesve transire? Et pars negativa inde suaderi videtur. Quod omnes textus de hac re sermonem facientes, negent hunc transitum con- jugi excepta fornicationis causa, c. Sunt qui dicunt, c. Mul- torum, c. Agathosa 28. q. 2. Deinde quia id divortium est tem- porale, ac proinde cessante furore, vel data sufficienti cau- tione a conjuge sævo instauratur matt. c. Litteras in fin. c. Ex transmissa, de rest. spol. Non ergo licebit transitus ad ordines, vel religionem, per quem inducitur divortium per- petuum, & privatur alter jure revocandi matrim. ad prisi- num statum, cessante eo temporali impedimento.

48 Primo tamen dico, ob furorem alterius conjugis, si sanus cum illo habitare posit, manifestum esse, non licere sano trans- fire ad ordines, vel religionem. Quia tunc non conceditur di- vortium (ut diximus n. 38.) Et in hoc eventu intelligendus est Emr. lib. 11. de matr. c. 17. x. 7. negans ob furorem alterius licere conjugi sano migrare ad religionem. Idem dicendum est, quando nequit sanus absque vitæ periculo habitare, aut spes probabilis extat fore, ut conjux furens ad pristinam mentem restituatur, vel saltem ut furor ille ita sedetur, ut possit esse tuta cum illo habitatio. Quia tunc divortium est temporale. Nec conjux furens privari debet absque culpa sua jure conjugali in perpetuum. Si tamen experientia id manu docente, & peri- tis medicis id asseverantibus, desperetur reditus ad pristinum statum, ac furoris impetus extinctio, ac proinde tuta coha- bitatio, existimo integrum esse conjugi sano ad religionem transire. Quia cum tunc sit divortium absolutum & perpe- tuum, militat eadem ratio, quæ in divortio ratione adulte- rii & hæresis. Solum enim jus conjugale obstat illi ingressui: quod in hoc eventu cessat ratione illius divortii, eo quod nequeant illi conjuges simul habitare ratione præfati periculi. Et hanc sent. clare innuit Navsum. Lat. c. 22. n. 22. vers. Quinto, Hisp. add. ad n. 21. c. 22. vers. Loquinto, in c. 28. ubi dicens ob furo- rem non esse licitum divertere, nisi ob mortis periculum; subdit hæc verba: Quod dolens respondi cuidam amico religio- nem intrare volenti, eo quod uxor furere cœperat. Quia commo- de poterat eam se ab offendendo arcere. Ubi clare significat licitum esse ingressum, quando conjux furens arceri ne- quit a prædicta offensione, & difficitur de remedio. Unde li- militer in eo eventu poterit maritus sanus ordinibus sacris ini- tiari. Quia id est permissum, quoties licitus est transitus ad religionem (ut probavimus hoc lib. disp. 11. n. 17.) Quod si po- stea præter omnem spem conjux is furiosus ad mentem re- deat, & sanus jam mutarat statum, factus religiosus profe- ssus, vel ad sacros ordines ascenderat: de revocatione, & ob- ligatione hujus est idem dicendum, quod diximus hoc lib. disp. 9. n. 9. & seq. quando Ecclesia decepta est in divortii sen- tentia ferenda: Nam & hic contingit deceptio, cum ex falsa furoris perpetui existimatione sententia prolata sit.

49 Secundo dico, divortio celebrato ad tempus tantum ratione sævitiæ, ad experiendum num conjux sævus ingenium mutet, ab iræque impetu se abstineat, aut ut nec cautionem sufficien- tem, qua alter posit toto cum illo commorari, non posse in- nocentem ad religionem transire. Quia cum divortium non sit perpetuum, sed temporale, jus conjugale non est amissum, sed ejus executio est temporaliter suspensa, quod bene docuit Bar-

Bosa rubr. ff. solut. matr. 2. par. dist. 25. At quando judex Eccle- siasticus absolutam divortii sent. pronunciavit, eo quod de con- jugis sævientis correctione desperetur, & arbitretur tantam esse sævitiam, ut nulla incolumitatis alterius conjugis suffi- ciens cautio præstetur, integrum est innocenti ad religionem al- tero invito transire. Quia ad divortium est absolutum, & per- petuum (ut diximus n. 31.) sicut quod ratione adulterii cele- bratur, quamvis hoc sit per se, & ex ipsamet contractus con- jugalis natura petitum, illud vero per accidens, ac proinde jus omne conjugale extinguitur, quod transitu ad religionem impediebat. Atque ita expresse de conjuge ipso culpæ sævitiæ reo docet Navarr. lib. 4. cons. in utraque ed. tit. de divor. cons. §. fin. ne- dum de innocenti. Et idem videtur sentire Enriq. lib. 12. de matr. c. 5. n. 10. fin. ubi generaliter tradit facto perpetuo divortio ob adulterium, vel aliud quodcumque crimen, posse virum li- cet culpabilem causam dederit, ingredi religionem. Idemque videtur sentire Barb. prox. citat. solum enim id negat innocenti, quando temporale est divortium. Et in ejusdem casibus lici- tus erit transitus viri ad ordines, ut n. præc. probavi. Et do- cet Enriq. prox. cit. Nec innocens semel jam professus, aut in sacris constitutus, vocari poterit ab altero jam correcto, aut cau- tionem sufficientem exhibente. Quia legitimus omnino fuit in- gressus, nec ex falsa præsumptione procedens, & in pœnam culpæ sævitiæ alterius, ad turamen innocentis, cui aliter consuli non poterat, lata est absoluta divortii sententia. Quod de ipso conjuge culpabili tradit Enriq. prox. allegatus, dicens eum semel jam mutato statu divortii sent. non posse ab Innocenti revocari, sed imputari sibi debere sæpam reconciliationem. Nec in hoc casu desideratur aliqua licentia conjugis sævientis, vel transitus ip- sius ad religionem, vel votum in sæculo emissum, ut de conjuge adultero, ut innocens transeat ad religionem, ordinesve, dixi lib. hoc, disp. 11 n. 2. Tandem id, quod absolute docent Nav. & Emr. prox. relati, nimirum, eumdem transitum ad religionem vel ordines esse licitum conjugi illi reo sævitiæ, lata semel ab- soluta divortii sententia, non ita absolute admitto: sed idem dicendum censeo de ejus transitu, & revocatione a statu jam assumpto, quod dixi de adultero, hoc lib. disp. 10. n. 10. & seqq.

50 Ad argumenta 47. proposita resp. Ad 1. dico eos textus ex- ponendos esse, sicut disp. 15. nu. 2. explicatum est testimo- nium Christi ob solam fornicationem concedentis divortium. Ad 2. constat ex dictis nu. præc. mutato enim jam statu non revocabitur: secus, sic.

D I S P U T A T I O XIX.

Utrum in sententia divortii ferenda inter Indos servandus sit integre ordo judicialis. Et quid possint religiosi ibi commo- rantes circa hoc? Et an accusationem debeat præcedere se- creta monitio: in eaque inscriptio fieri debeat?

S U M M A R I U M.

An ad sententiam divortii, & in causis matrimonialibus inter Indos, sit integre, & exacte servandus ordo judicialis, ad- hibito tabellione, & testibus juramento astrictis, num. 1.
Quid possint religiosi inter Indos, circa causas matrimoniales, 2.
An in accusatione adulter. sit necessaria præcedens fraterna correctio, 3.
An debeat præmitti inscriptio viri accusantis, se obligantis ad pœnam talionis, si in probatione succuberit, 4.

1 PRima conclusio sit. Satis probabile, & rationi consenta- neum mihi videtur, ut servare non teneantur judices Ec- clesiastici cum Indorum neophytis, in divortii sent. ferenda, & causis matrimonialibus figuram, ac judicii stripetum, pro- ut servant, & servare debent cum Hispanis: atque ita possint simpliciter, & de plano, absque tabellione, & scriptura ali- qua procedere, & absque juramento testium, quando hæc ob magnas expensas, & Indorum paupertatem, locique distan- tiam, non possunt commode adhiberi, modo tamen pro viri- bus, & posse enitantur de veritate certiores fieri. In hac conclu- sione probanda nolo immorari: quia satis late, & optime eam probat ac defendit Veracr. 3. par. Specul. ar. 10 per tot. utpote qui hujus necessitatis est testis oculatus. Atque in fine articuli re- medium facile docet, quo habeatur in posterum notitia de- cisionum judicialium, viteturque confusio: nimirum, ut judi- ces ipsi succincte scribant illos quorum negotium est jam decisum.

2 II. conclusio. Religiosi, quibus neophytorum ex Indis cura commissa est a suis prælatis, habentque assensum Episcopi ad utendum privilegiis sibi ipsis concessis circa Indos, possunt in causis matrimonialibus ipsorum, tanquam judices in utroque fo- ro procedere: & quamvis ut judices procedant, non tenen- tur exacte ordinem judicii servare. Ubi necessitas emittere compulerit; juxta dicta n. præc. Nec in hac conclusione vo- lo immorari: sed eam asserit & confirmat Veracr. 3. p. Speculi, ar. 11. concl. 1. 7. & 8. ex variis Pontificum privilegiis.

III. Conclusio. Quando vir accusat uxorem de adulterio, sive divortium intentans, sive quamvis aliam pœnam, & econtra quando uxor maritum, non est opus fraternam correctionem præ- cedere. Quia præceptum Christi Matt. 18. de præmittenda correc- tione fraterna solum habet locum, quando via denunciationis Evangelicæ proceditur, quæ ad fratris emendationem tendit: secus autem quando via accusationis, quæ ad punitionem crimi- nis ordinatur, & ad conservandum bonum commune, quod pœ- na deficiente, non modicum detrimentum pateretur. Sic do- cent D. Th. 4. d. 35. q. un. ar. 3. ad 5. Palud. ibi q. 1. ar. 4. concl. 5. n. 31. Abul. c. 19. Matt. 72. ad 7. Turrec. c. Sæculares 33. q. 2. n. 4. in fol. ad 4.

Ultima conclusio. Si accusato conjugum de adulterio ten- 3
dat ad solum divortium, nulla desideratur inscriptio accusan- tis, quia se ad pœnam talionis obliget, si in adulterio pro- bando succubuerit. Quoniam ea accusatio ad nullam pœnam criminalem inferendam tendit. Atque ita docent D. Th. 4. d. 35. q. un. ar. 3 ad 5. Ricar. ibi, ar. 1 q. 3. ad 2. Abul. c. 19. Matth. q. 72. ad 6. Turrec. c. Sæculares 33. q. 2. n. 3. in fol. ad 2. Silv. Matr. 9. q. 10. n. 10. Qui omnes dicunt secus asserendum esse, quando vir accusat uxorem in foro sæculari, ut criminali supplicio plec- tatur. Sed contrarium dicendum est. Habetur enim expresse l. Quamvis 30. C. ad l. Jul. de adult. ibi: Nec inscriptionis vinculo contineri, cum jure mariti accusaret, veteres retro principes an- nuerunt. Ubi gl. v. Contineri, ait esse speciale in viro jure ma- riti accusantis, ut non debeat libellum inscriptionis porrige- re. Idem docet Barb. l. 2. p. 1. in prin. n. 105. ff. solut. matrim.

D I S P U T A T I O XX.

Facto divortio inter conjuges, sive culpa alterius, sive abs- que illa, sive quia reperitur matrim. fuisse irritum: apud quem & cujus expensis filii educandi sunt?

S U M M A R I U M.

Attento jure communi antiquo apud quem sint filii educandi, quando separantur conjuges, num. 1.
Quid attento jure communi noviori, & regio Castellæ, 2.
Qui casus excipiantur, in quibus non sint alendi filii apud parentem, qui vacavit culpa in divortio faciendo, 3.
Quid quando pater culpabilem causam divortii præstitit, an ejus expensis sint alendi filii apud matrem, 4.
Quando matris culpa est celebratum divortium, an ejus expensis sint filii educandi apud patrem. Refertur duplex sent. n. 5. & 6.
Sententia authoris explicatur, 7.
An conjux culpabilis in divortio, teneatur ante judicis senten- tiam solvere innocenti expensas educationis, 8.
Utrum quando conjux de facto, & non de jure divortit, educanda sit proles apud innocentem, expensis alterius, 9.
Quid, quando neuter est in culpa divortii, ut si mutuo con- sensu aut alias juste æquali culpa separentur, 10.
Quid, ubi matrimonium reperitur invalide contractum, 11.

1 IN hac disp. si jus Codicis attendamus, in arbitrio judicis si- tum erat, uter conjux prolem apud se educaturus esset, matr. inter conjuges separato. Constat ex l. un. C. de divortio facto, ibi: Competens judex existimabit utrum apud patrem, unic. apud matrem matrimonio separato filii morari ac nutriri debeant. Quod arbitrium debet esse, ut usque ad prius trien- nium soboles apud matrem educetur, major autem triennio facta, apud patrem: prout jus decernit circa profis educatio- nem, l. Nec filium, C. de patria potest. l. reg. 3. t. 19. p. 4. Ita Specul. tit. Qui filii sint legitimi, §. un. n. 26. Gofr. sum. tit. de conv. infidel. n. 5. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 38. ar. 3. q. 1. Ang. v. Filius, n. 22. Ubi Silv. q. 21. n. 24. Addunt bene Gosfr. & Astens. præterquam si judex inspectis particularibus circumstantiis, aliud expedire arbitra- retur: tunc enim ipsius esse dicunt arbitrari, uter conjux apud se educaturus sit prolem, ut d. l. un. deciditur.

2 Si autem jus novius authenticorum attendamus, quando culpa alterius conjugum divortium factum est, apud innocen- tem est educanda proles: Habetur expresse auth. Ut liceat ma- tri, & aviæ, §. Illud, coll. 8. unde delumitur auth. Si pater C. divort. faciæ, ibi: Si pater causam divortii præstiterit apud matrem ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis: si vero contra, tunc apud patrem, matris locupletis expensis: nisi pater minus idoneus sit. Tunc enim apud matrem locupletem nutriantur. Et idem deciditur l. reg. 3. t. 19. p. 4. ibi: E si acaeciese que se parta el casamiento por alguna razon derecha, a quel pro cuya culpa si parto, es tenudo de dar de lo suyo de que crien los filios, si fuere ri- co: quier sean majores detres annos, quier menores; en el otro que no fue en culpa los deve criar, e aver en guarda, por tal razon como sobredichaes. E si se casasse, enorces no los deve aver en guarda, nin es tenudo el padre de dar le a el- la ninguna cosa por esta razon: antes deve el recebir los fijos en guerda, e criar los, si huviere riquiza conque lo queda facer. Atque ita omnes DD. n. 5. & 6. allegandi, & Emm. Sa sum. v. Divort. nu. ult. Unde ignoro quo fundamento ductus, Enriq. lib. 11. de matrim. c. 18. fin. dixerit contra textus tam expressos, quorum non meminit, prolis educationem præci- pue pertinere ad patrem post divortium. Nec Authores, quos refert id dicunt.

Excipiuntur tamen aliqui casus ab hac regula. Primus est, 3
si parens innocens in divortio celebrando infidelis sit, is au- tem qui culpa fuit, fidelis. Tunc enim in favorem fidei, ne proles infidelitate procreetur, tradenda est conjugi fideli, c. fin. de conver. infidel. Et docent Angel. & Silv. n. 1. allg. Gut- tier. q. canon. l. 1. c. 2. n. 19. Secundus quando culpa viri factum est divortium, & mulier transit ad secundas nuptias. Habetur expresse dict. auth. Si pater, C. de divor. facto, & l. reg. 3. t. 19. p. 4. Tertius quando mater caulam divortii dedit, & ipsa est locuples, vir autem pauper: tunc apud matrem soboles alen- da est. Constat ex dict. auth. Si pater, ibi: Nisi pater mi-

nus idoneus sit. Quod clarius expressum est in *auth. Ut liceat matri & aviæ*, §. *Illud. collat.* 8. ibi: *Si vero per causam matri & aviæ*, §. *Illud. collat.* 8. ibi: *Si vero per causam matris offendatur solutum matrimonium, tunc apud patrem maneant filii, & alantur: si autem contigerit patrem minus idoneum esse, matrem vero locupletem, apud eam pauperes filios manere, & ab ea nutriri jubemus*. Et quamvis textus nic nil declaret, quando econtra pater fuit causa divortii, & ipse est dives, mater vero pauper; at credo dicendum esse alendam fore sobolem apud patrem. Militat enim eadem ratio & sunt correlativa, pater & mater; quare dispositum in uno, censetur in reliquo disponi. Ut in simili dicemus n. 7.

4 Quamvis autem DD. conveniant, & ex textibus constet, celebrato divortio ob alterius conjugis culpam, educandos esse filios apud insontem: an utrius conjugis expensis educatio fieri debeat, dissident. Et quidem quando patris culpa divortium contingit, textus allegati n.2. expresse decidunt patris expensis educandam sobolem apud matrem: & *auth. Si pater*, indistincte & generaliter loquitur. At *l. reg. 3 tit. 10. par. 4.* indistincte loquens expressit, sive soboles ut triennio minor, sive major. Nec de hac re est aliqua controversia.

5 Tota vero difficultas est, quando culpa matris divortium fit, num ipsa expensas suppeditatura sit, quibus filii apud patrem educentur? Ansam dubitandi non immodicam, affert, quod nullus sit textus id decidens, sicut in patre culpæ obnoxio id decisum est *dict. auth. Si pater*, *C. de divortio facto*. Nam ea verba ipsi posita, *Matris locupletis expensis*, non sunt desumpta ex originali *auth. Ut liceat matri & aviæ*, §. *Illud coll.* 8. ubi ablolute decidit ur ex matris culpa orto divortio alendam esse sobolem apud patrem: *Irnerius* autem addidit, *matris locupletis expensis*. Ut bene animadvertit *gl. eo* §. *Illud v. alantur*, & *dict. auth. Si pater*, *v. Matris*. Et cum sit doctor quidam privatus, authoritate legis coedendæ caret. Quare tanquam casus omissus, cujus expensis in eo eventu alenda sit proles, juris regulis decidendus est, quod ultra triennium primum non imponit matri obligationem alendi sobolem, sed id onus patri subeundum reliquit, præter casus jure expressos, *l. Nefxnius*, & *l. Si quis a liberis*. §. *Si vel parens*, *ff. de liber. agnosc.* Atque ideo hanc partem tuentur *Salicetus l. Alimenta*, *n. 3. fin. ff. de negotiis gestis*, & dicunt forte in puncto juris esse veriorem, quamvis contraria opinio sit communior. *Alex. ea l. Alimenta n. 6. & Bocrius cons.* 17. *n.* 11.

6 Alii vero censent in eo eventu, matris expensis alendam esse sobolem apud patrem: sicut disponitur *auth. si pater: C. de divortio facto*: at argumento contrario posito, n. præc. quod fortissime urget, minime respondent, dempto *Lara* cujus solutionem n. seq. referam, & improbabo. Ita censent *gl. alimenta*, *v. Materia*, *C. de negotiis gestis*; & *Barth. num.* 1. *Paulus n.* 3. & *ibi communis*, teste *Alex. ibi*, *n. 6. gl. dict. auth. Si pater in fin. & ibi Solic. in fin. Goffredus sum. tit. de converf. infidel. n. 5. gl. c. fin. v. Insidiemur*, *de converf. infidel. & ibi Host. super v. Apud illas*, *Ant. n.* 11 *Card. q. 6. Henr. n. 7. Astens. sum. 2. par. l. 8. 1. 38. ar. 3. q. 1. Bertach. in suo dict. lit. F. v. Filius* §. *Filius alt. debet*, *verf. Filius debet ali. Ang. v. Filius*, *num.* 22. ubi *Silvest. q.* 21. *n.* 24. *fin. Lara l. Si quis a liberis* §. *Si Mater*, *n.* 12. *ff. de liberis & agnos. Guttier. q. canon. l.* 1. *c.* 24. *n.* 19.

7 Sed si juxta jus Castellæ regium lis hæc dirimenda sit: manifestum est, matris præstantis causam culpabilem divortio expensis sobolem apud patrem alendam fore. Quia *l.* 3. *t.* 19. *p.* 4. utroque conjuge id decidit. Et ita docet *Lara* §. *Si mater*, *n. præc. alleg. n.* 11. At jure communi attento versatur tota difficultas, & existimo probabiliorem esse sent. n. præc. relatam, ut mater cogenda sit ad eas educationis expensas. Sed superest satisfacere fortissimo argum. contrariæ sent. n. 5. proposito. *Lara eo* §. *Si mater*, *n.* 12. satisfacit dicens *Irnerium* non immerito, sed ratione naturali ductum, addidisse ea verba, *Matris locupletis expensis*. Quoniam uxor dotem viro tradidit, qua onera matr. sustinens alat uxorem, filios, & familiam; unde cum divortio facto dos sit uxori restituenda, æquitas naturalis postulat ut onera dotis sustineat, ac proinde sumptus educationi filiorum expendat. Alias ex suo delicto maximum commodum reportaret uxor: & econtra vir insons gravi damno afficeretur. Cum illa dotem recuperat liberam ab onere alendæ sobolis ex ejus fructibus: hic autem dote restituta, ejus onera ex proprio patrimonio subire coge-retur. Quod quam absurdum sit, latet neminem. Hæc solutio optima esset si veritas fundamenti probaretur; nimirum, divortio culpa uxoris facto, dotem ei restituendam fore. Nam si divortium fiat propter adulterium uxoris, dos acquiritur ipsi viro (ut late disp. 8. n. 4. & seq. probavi) si propter ipsius hæresim, Fiscus eam acquirit: si propter sævitiam, nec dotem, nec alimenta habebit uxor, cum culpa sua seorsum habitet, nec vir insons ob uxoris delictum sit illa privandus, in favorem ipsius uxoris (ut diximus lib. 10. disp. 4. n. 20. & seq.) Cum tamen in omnibus his casibus disponatur, *dict. auth. Si pater*, matris expensis alendam sobolem: quippe ejus culpa divortium factum est. Et ideo legitima solutio est. Cum pater, & mater, vir, & uxor, sint correlativa, dispositum in uno, censetur in reliquo dispositum, etiam in lege correctoria & pœnali, ut de multis probat *Everar. in suis topicis*, *loco a correlativis*, *n.* 7. & 9. Quare cum *auth. Ut liceat matri & aviæ*, §. *Illud*, *coll.* 8. patre delinquente, alendam fore sobolem apud matrem, patris expensis, disponatur jure optimo, *Irnerius* inde desumens *auth. Si pater*, & constituens in *c. Divortio facto*, addidit ea verba: *Matris locupletis expensis*: quando mater est delinquens. Quasi in illa tanquam in correlativa idem dispositum censeatur. Nec obstat evasio *Salicetti l. Alimenta n. 3. C. de negotiis gestis*, dicentis disparem esse rationem. Quia pater etiam mitre non delinquente, ad eas educationis expensas tenebatur, mater autem minime: & ideo nil mirum si pater delinquens teneatur eas dare, ut in matris domo soboles educetur; at mater rea ad id minime astringatur, ut apud patrem proles alatur. Dispositum enim in uno correlativo non censetur in reliquo disponi, ubi diversa militat ratio. Ut fatetur & probat *Idem Ever. illo loco a correlativis n.* 8. Non obstat (inquam) hæc evasio. Quia cum ea dispositio *dict. auth. Si pater*, procedat, sive soboles nondum triennium attigerit, sive illud excesserit (ut *n.* 4. probavimus:) ante triennium matris, erat alere, & post triennium patris: sicut hic dans causam culpabilem divortio, cogitur expensas educationis sobolis minoris triennio dare, ad quas minime secluso proprio delicto tenebatur: ita similiter illam eam culpam trahens, cogitur ad expensas educationis prolis, triennium etiam excedentis, ad quas alias astringenda minime erat. Quare textus ille non attendens ad obligationem, quam ante delictum conjuges habebant circa expensas educationis prolis ministrandas: sed in pœnam delicti, ob quod divortium celebratur, statuit, ut eo celebrato auferatur proles a conjuge delinquente, & apud insontem educetur expensis delinquentis, sive ad eas alias teneretur, sive non.

8 Hinc deducitur neutrum conjugem delinquentem teneri hanc pœnam subire, donec judicis sententia accedat: sed ad eas solas educationis expensas tenebitur, dum non condemnatur, ad quas secluso delicto tenebatur. Id enim est commune lege pœnali, ut ad pœnam persolvendam nequaquam obliget, judicis sententia non præcedente, juxta omnium sententiam.

9 Quidam extendunt decisionem *dict. auth. Si pater*, *c. Divortio facto*, ut soboles educetur apud innocentem, expensis conjugis, cujus culpa divortium fit, sive divortium fiat, de jure, ut propter adulterium: sive de facto, ut quia absque justo titulo conjux recedit. Tunc enim expensis conjugis sic recedentis, utpote quia causa hujus injusti divortii est, soboles educari debet. Ita *Innoc. cap. fin. de converf. infid. ar. ut verf. Si vero*, & *ibi Jo: n.* 9. *Ant. nu.* 11. *Abbas in fin. Card. qu.* 6. Ceterum his quamvis gravissimis viris minime assentior. Non enim video cur lex pœnalis extendenda sit, cum loquatur de conjuge præstante causam divortii, ibi: *Si pater causam divortii præstiterit*. An non proprie deciditur divortium, cum conjux de facto recedit, sed divortium jus quoddam continere videtur. Deinde, quia *l. reg. 3. t. 10. p. 4.* explicans *dict. auth. Si pater* (sic enim *Greg. Lop. ea lib. 3. v. Por cuya culpa*, ait concordare cum *auth. Si pater*) clare loquitur de divortio jure facto, ibi: *E si acaeciesse que se parta el matr. por alguna razon derecha?* Deinde, quia minus delinquit ex passione quadam conjux fugiens, conjuge deserto, quam is qui adulterio, aliove scelere admisso causam divortii juridicam præstat. Quare non est cur pœna in hunc lata, ad illum extendatur.

10 Quando autem divortium neutrius conjugis culpa celebratur, ut si mutuo consensu uterque separetur ut vitam cœlibem ducat voto emisso, vel absque illo: vel quia uterque est damnatus hæresis, vel alter hæresis damnatus, & alter adulter, in quibus casibus uterque est in culpa divortii, & potest licite divertere non compensatis delictis, juxta dicta disp. 16. n. 3. & 4. Existimo servandum esse jus Codicis, n. 1. relatum, nempe, ut puer minor triennio a matre educetur, major vero a patre, nisi judex aliud arbitretur, quia in eo eventu nihil immutatum reperitur, sed tantum quando alterius conjugis culpa fit divortium. Ut constat ex testibus n. 2. allegatis. Atque ita recte dixit *Henr. c. fin. n. 2. de converf. infid.* servandum esse, quoties non constiterit utrius ex conjugibus culpa divortium factum sit.

11 Tandem quando matr. bona fide initum est, & postea reperitur invalidum, filius interim conceptus est communibus expensis alendus. Quod significare videtur *textus cap. 2. qui filii sint legitimi*, ibi: *De parentum facultatibus nutriantur*. Et est ratio, quia soluto matr. non est cur filius ille debeat esse onerosior patri quam matri, cum uterque in bona fide constitutus fuerit: ac proinde onus communiter est ferendum. Atque ita docent *Vitalis tr. de claus. tit. Sed an juri alimentorum possit renuntiari*, *n. 6. cas. 3. habetur hic tit. verf. fin. illius tr.* & ille tr. habetur tom. 18. noviorum tr. ad fin. *Surdus de alim. t. 1. q.* 14. *nu.* 8. & *t. 7. q. 13. n.* 18. Qui bene addit id esse verum, quamvis filius sit minor triennio: Quippe militat ratio dicta. Quod si alter parens fuerit in mala fide constitutus, altero existente in bona: existimo filium alendum esse ab eo, qui in mala fide fuit, nisi pauper sit, alius autem locuples. Quoniam ratio prædicta cessat, & non est cur conjux bonæ fidei gravetur onere alendi filium, sed id onus decipienti imponendum est: nisi paupertas excuset. Quod si uterque malam habuerit fidem, jam filii inde concepti sunt illegitimi; ac proinde de alimentis eorum judicandum est instar aliorum illegitimorum. Atque hæc ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, ac immeratæ Virginis dicta sint, quibus absolvitur totus de matrimonio tractatus.

F I N I S.

APHO-

APHORISMI

R. P. THOMÆ SANCHEZ

Totam Decem ejus Librorum

DE MATRIMONIO

Doctrinam Compendio continentes,

quibus nunc primum adduntur etiam Constitutiones SS. D. N. Papæ Benedicti XIV. circa idem Sacramentum editæ.